DE

CRANTORE ACADEMICO.

DISSERTATIO

QUAM

PRO SUMMIS IN PHILOSOPHIA OBTINENDIS HONORIBUS

SCRIPSIT

FRIDERICUS KAYSER,

PH. DR.

HEIDELBERGAE.

SUMTIBUS J. C. B. MOHR, BIBLIOPOLAE ACADEMICI.

MDCCCXLI.

FRIDERICO CREUZERO

PRAECEPTORI DILECTISSIMO

D. D. D.

AUCTOR.

PRAEFATIO.

Ante hoc biennium, quum inter scriptores Graecos circumspicerem, quem mihi tractandum eligerem, FRIDERICUS CREUZERUS, qui me inde a pueritia singulari ac vere paterna benevolentia prosecutus est, mihi auctor exstitit ut Crantori operam darem. Placuit materia; cui enim Crantor non placeat, cuius librum de luctu Cicero *aureolum* dixit, cuius praecepta moralia praeclaram apud posteros famam consecuta sunt? Qua eum fama non indignum fuisse, ii sine dubio mecum iudicabunt, quos Christianae veritatis similia apud Graecos deprehendere iuvat *). Ex eo igitur tempore coepi Crantoris fragmenta colligere, disponere, explicare, uti per temporis angustias mihi licebat. Interea mihi quatuor libri oblati sunt, in quibus aut de Crantoris Consolatione aut de omnibus ejus fragmentis agitur **); quorum duo anno praeterlapso demum in publicum prodierunt,

*) Vide pag. 5 — 9.
**) Vide pag. 35 sq.

duo iam antea scripti me hucusque fugerant. Post tot virorum doctorum studia videbatur opera mea inutilis esse, ac prope ab ea destiti. Sed iterum rem recogitanti in mentem venit, quam multis in rebus dissentirem a prioribus Crantoris editoribus, quam multa deinde Rysewykius, qui Crantoris reliquias ante me collegit, explicanda reliquisset, praecipue in Crantoris commentariis in Platonis Timaeum, qui ad Timaei obscuritates illustrandas haud parum faciunt. Itaque denuo ad hoc opusculum redii, quod si antiquae philosophiae amantibus non ingratum fuerit, non frustra me operam impendisse putabo.

Vitam Crantoris, quae apud Diogenem Laertium legitur, primum in animo erat huic dissertationi praemittere: sed quia pravo ordine composita est, malui ipse conscribere, quae de Crantoris vita et philosophia nobis cognita sunt; ita tamen, ut quae Diogenes de Crantore retulit, aut verterim, aut ipsa eius verba citaverim.

Scripsi Heidelbergae, Idibus Ianuariis 1841.

CAPUT I.

De Crantoris vita et philosophia.

Crantor natus est Solis, Ciliciae oppidô, circa Olympiadem CX, ut infra p. 10 demonstrabimus; haud mediocriter ut videtur opibus instructus [1]), multo tamen magis literis praecellens, qui iam adolescens antequam Athenas sese contulit, civium suorum admirationem assecutus sit [2]). Quod utrum ad doctrinam an ad ingenium pertinuerit, dubites; doctrina enim ea erat qua tum temporis non multi: matheseos rerumque mythologicarum haud ignarus [3]); veterum philosophorum notitia probe imbutus [4]); multorum denique librorum scriptor [5]). Ingenium vero felicissimum: poëseos sensus non vulgaris; Homeri itemque Euripidis summa admiratio [6]). Ipse quidem non multa

1) Diog. Laert. IV, 25. Λέγεται δὲ καὶ τὴν οὐσίαν καταλιπεῖν Ἀρκεσιλάῳ, ταλάντων οὖσαν δυοκαίδεκα.

2) D. L. IV, 24. Κράντωρ Σολεὺς θαυμαζόμενος ἐν τῇ ἑαυτοῦ πατρίδι ἀπῆρεν εἰς Ἀθήνας.

3) Vide fr. 1 — 7.

4) Vide fr. 9. 11.

5) D. L. IV, 24. Καὶ κατέλιπεν ὑπομνήματα εἰς μυριάδας στίχων τρεῖς· ὧν τινά τινες Ἀρκεσιλάῳ προσάπτουσιν.

6) ib. 26. Ἐθαύμαζε δὲ Κράντωρ πάντων δὴ μᾶλλον Ὅμηρον καὶ Εὐριπίδην.

carmina conscripsisse videtur [7]), sed quae soluta oratione scripsit plena sunt venustatis poeticae, quaeque de aliis poëtis iudicia tulit, ea nobis sagacem et intelligentem iudicem probant; v. c. quod de Euripide dixit (Diog. Laert IV, 26) ἐργῶδες εἶναι ἐν τῷ κυρίῳ (i. e. propriis verbis, sine tumore) τραγικῶς ἅμα καὶ συμπαθῶς γράψαι: ad cuius rei exemplum versum ex Bellerophonte Euripidis afferre solebat:

οἴμοι· τί δ' οἴμοι; θνητά τοι πεπόνθαμεν.

Vide etiam quam ingeniose iudicium suum de Theophrasto expresserit (Diog. L. IV, 27), cuius θέσεις [8]) ὀστρέῳ (purpureis literis) γεγράφθαι dixit; similiterque tragoedi cuiusdam vocem ἀπελέκητον καὶ φλοίου μεστὴν et poetae nescio cuius versus σκίφης [9]) μεστοὺς aiebat.

7) Carmina conscripsisse prodidit D. L. IV, 25. Λέγεται δὲ καὶ ποιήματα γράψαι καὶ ἐν τῇ πατρίδι ἐπὶ τῷ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερῷ σφραγισάμενος αὐτὰ θεῖναι. Sed nihil de his servatum videtur; quae enim Stobaeus paucula Crantoris nomine refert, incertus sum an nostri Crantoris habenda sint. Vide fr. 14. 15.

8) Theonis sophistae progymn. c. 12. θέσις ἐστὶν ἐπίσκεψις λογικὴ ἀμφισβήτησιν ἐπιδεχομένη. c. 2. παραδείγματα δὲ τῆς θέσεων γυμνασίας λαβεῖν ἔστι παρά τε Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου. Cf. Suid. s. v. θέσις. Athen. IV, 5 p. 295. Diog. L. V, 44. Fugit hoc Fabricium, qui theses Theophrasti praecepta ethica esse arbitratus est, B. G. III p. 450 Harl.

9) Variat h. l. lectio; Frob. habet σκίφθης, Cod. Cant. et Arund. σκείφθης. Stephanus suasit στύφους (stupae); perperam sine dubio. Σκίφη est verbum alias quidem non usitatum, neque vero proinde reiiciendum. Schneiderus (cuius vid. lex. Gr. s. v. κνίψ) idem esse putat quod κνίψ, culex.

Iam ad *philosophiam* quod adtinet, Crantor neque eiusmodi philosophus erat qui certam quandam doctrinam a magistro acceptam diligenter teneret, nec qui ipse novam doctrinam inveniret omnesque eius partes perficeret et inter se coniungeret; amatorem rectius quam inventorem veritatis dicas, quum certae quidem sese scholae dediderit, tamen ubiubi veri nonnihil esset, in suum id usum converterit. Qua de re nunc pluribns exponendum est.

Athenas se contulit ante Olymp. CXVI [10]), eo tempore quo variis florentibus philosophis acerrimum scholarum certamen, summa philosophandi alacritas vigebat; docebat tum Xenocrates, docebat Pyrrho, docebat Aristoteles et Theophrastus; Cyrenaici, Megarici floruere; fortasse iam tum Zeno et Epicurus scholas suas constituere inceperant. Nullius tamen scholae celebrior fama erat quam Platonicae: ad quam igitur Crantor potius se conferret? cuius quidem placita ei maxime sese probabant; placuit inprimis eius scholae princeps Plato, cuius deinde Crantor primus interpres exstitit (cf. fr. 1 — 7). Itaque Academicis antiquis adnumeratus est eiusque scholae postremus

Videtur Crantor poetam mordacem, morosum, minutiis gaudentem significare.

10) Eo enim tempore Polemo post Xenocratis obitum docere coepit, Diog. L. IV, 16. Utriusque philosophi discipulus Crantor esse dicitur. D. L. IV, 24: ἀπῆρεν εἰς Ἀθήνας καὶ Ξενοκράτους διήκουσε Πολέμωνι συσχολάζων. Adde Clem. Alex. Strom. I p. 301. Πολέμωνος δὲ ἀκουσταὶ Κράτης τε καὶ Κράντωρ.

erat [11]). Quod quum ea aetate Polemo, Crantoris qui dicitur magister, animi fortitudine et constantia omnes facile Academicos superaret, Crantorem nullus fortasse ingenio et humanitate vicit: unde quum quondam morbi causa in Aesculapii templum concessisset, fama exorta est, nequaquam eum morbo laborare, sed scholam ibi instituere velle; multique continuo ad eum concurrerunt. Crantor vero qua erat modestia tantum abfuit ut aemulari cum Polemone voluerit, ut statim valetudine recuperata ad Polemonem redierit eumque ex illo die diligentissime audiverit [12]); atque quum quaesitum ex eo esset quamobrem Polemonis admiratione caperetur (τίνι θηραθείη ὑπὸ Πολέμωνος) dixisse fertur: τῷ μήτε ὀξύτερον μήτε βαρύτερον ἀκοῦσαι φθεγγομένου (D. L. I, 24. 25). Utque Crantor Polemonem ut praeceptorem suum dilexit, sic eum Arcesilas amore atque admiratione prosecutus est: quod amicitiae vinculum ab eo adeo tempore ortum est quo primum Crantor Arcesilaum conspexit. Tum enim statim amore captus versibus Euripideis [13]) eum allocutus esse dicitur:

ὦ παρθέν', εἰ σώσαιμί σ', εἴσει μοι χάριν;

11) D. L. prooem. 14. Clem. Al. Strom. I p. 301. Galen. hist. phil. c. 2.

12) D. L. IV, 24. Οὗτος νοσήσας εἰς τὸ Ἀσκληπιεῖον ἀνεχώρησε κἀκεῖ περιεπάτει· οἱ δὲ πανταχόθεν προςήεσαν αὐτῷ νομίζοντες οὐ διὰ νόσον, ἀλλὰ βούλεσθαι αὐτόθι σχολὴν συστήσασθαι. — Ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ὑγιάναντα διακούειν Πολέμωνος, ἐφ' ᾧ καὶ μάλιστα θαυμασθῆναι.

13) Rem narrat D. L. IV, 28 sq. Versus Euripidis petiti sunt ex eius fabula deperdita Andromeda. Ceterum confer Euseb. praep. ev. XIV, 6. p. 731. διὰ τὸ καλὸς εἶναι (Ἀρκεσί-

ad quae Arcesilaum respondisse quae apud Euripidem sequuntur:

ἄγου μ' ὦ ξένε, εἴτε δμωΐδ' ἐθέλεις, εἴτ' ἄλοχον [14]).

Itaque ex eo tempore amici facti sunt unaque habitabant [15]); et quum postea multi ad Crantorem convenirent scholam ab eo institutum iri rati, inter hos Arcesilaus quoque erat, θέλων ὑπ' αὐτοῦ συστῆναι Πολέμωνι, καίπερ ἐρῶντος (D. L. IV, 34); atque postremo, ut supra vidimus, Crantor rem suam duodecim talentorum Arcesilao reliquit (vide ibid.).

Iam quum Academicus Crantor fuerit, fortasse nil opus videatur quae eius placita fuerint quaerere, praesertim quum Cicero (Ac. post. I, 9) nos doceat, Polemonem, Cratetem et Crantorem diligenter tuitos esse quae a superioribus accepissent; quod quam verum sit, infra quoque ex fr. 13 comparebit. Ibi enim bonorum vitae humanae eum ordinem posuit, ut summum bonum *virtutem* dicat, quae etiam deficientibus reliquis sufficiat ad beate vivendum, secundo loco *valetudinem*, tertio *voluptatem*, quarto *divitias* ha-

λαος) ἔτι ὢν ὡραῖος τυχὼν ἐραστοῦ Κράντορος τοῦ Ἀκαδημαϊκοῦ προςεχώρησε μὲν τούτῳ κ. τ. λ.

14) Corrige ex Herodiano περὶ σχημάτων p. 58, 9:
ἄγου δὲ μ' ὦ ξέν', εἴτε πρόςπολον θέλεις
εἴτ' ἄλοχον εἴτε δμωΐδα . . . .

15) Antig. Caryst. ap. D. L. IV, 22. συσσίτιον δέ φησιν αὐτῷ (Crateti) ὁ Ἀντίγονος εἶναι παρὰ Κράντορι, ὁμονόως συμβιούντων τούτων τε καὶ Ἀρκεσιλάου. Τὴν δὲ οἴκησιν Ἀρκεσίλαον μὲν ἔχειν μετὰ Κράντορος, Πολέμωνα δὲ σὺν Κράτητι μετὰ Λυσικλέους τινὸς τῶν πολιτῶν ἦν δέ φησιν ἐρώμενος Κράτης μὲν ὡς προείρηται Πολέμωνος, Ἀρκεσίλαος δὲ Κράντορος.

beat. Quod vide quam sit cum Polemonis sententia consentaneum: Clem. Alex. Strom. VII p. **419**, c. ὁ Ξενοκράτους γνώριμος Πολέμων φαίνεται τὴν εὐδαιμονίαν *αὐτάρκειαν* εἶναι βουλόμενος *ἀγαθῶν πάντων* ἢ *τῶν πλείστων καὶ μεγίστων*. Δογματίζει γοῦν, χωρὶς μὲν ἀρετῆς μηδέποτε ἂν εὐδαιμονίαν ὑπάρχειν, *δίχα δὲ καὶ τῶν σωματικῶν καὶ τῶν ἐκτὸς* τὴν ἀρετὴν αὐτάρκη πρὸς εὐδαιμονίαν εἶναι. Adde Cic. Ac. post. I, 5. 6. Tamen quum in universum tueretur quae prioribus Academicis placuissent, complura erant, de quibus aliter sensit: illud praecipue, quod refert Cicero (Tusc. III, 6. vid. fr. 8) *dolori sensum adesse debere; ἀπάθειαν neque esse posse, neque debere, neque contingere unquam sine magna mercede, immanitatis in animo, stuporis in corpore;* quod a Platonis et Platonicorum sententia quantum abfuerit, infra demonstrandum erit. Difficile dictu est, unde in hanc sententiam inciderit Crantor. Ab Epicuro accepisse dicas, qui eodem fere tempore docuisse videtur; Epicurei enim τὴν εἰς τὸ ἀπαθὲς καθεστῶσαν ἀλυπίαν ὑφ' ἑτέρου κακοῦ μείζονος ὑπάρχειν dicebant, ὠμότητος ἢ δοξοκοπίας ἀκράτου καὶ λύσσης (Plut. adv. Epic. p. **1101** a.). Sed haec ex universa Epicureorum doctrina fluxerunt, cuius laudatorem Crantorem non fuisse ex omnibus eius reliquiis patet. — Videatur fortasse Crantor ab Aristotele sententiam mutuatus esse, qui tunc scholam suam ab Academia nondum plane seiunxerat [16]): me-

16) Cic. de or. III, 18. **Nam Speusippus, Platonis sororis filius et Xenocrates, qui Platonem audierat, et qui Xeno-**

diocritatem certe quam ubique laudat Aristoteles [17]), Crantor non reiecisse videtur (fr. 8). Quin Carolus Hinkelius (de variis formis doctrinae moralis Peripateticorum, Marb. 1839. p. 23 sqq.) demonstrare conatur, omnino Platonis successores doctrinam moralem Peripateticorum secutos esse, indeque facile quis explicare possit Crantoris de dolore sententiam: praesertim quum *Theophrastus* (quem quanti fecerit Crantor supra vidimus) *beatum quemquam esse posse qui crucietur negaverit* (l. c. p. 13 sq.). At non sic a Peripateticis Academici pependisse videntur ut Hinkelius contendit; certe *de dolore* Xenocrates et Polemo a Peripateticis magnopere dissenserunt, quorum de ἀπαθείᾳ multus est Diogenes Laertius. Quodsi hac in re Crantor cum Theophrasto fecit, id a prioribus quidem Academiae magistris non accepit. Dicam quod sentio. Videtur Crantor ex ipsius vitae experientia eo adductus esse ut doloris sensum vitari non posse intelligeret: plura quidem sunt quae probare mihi videntur corpore eum fuisse non admodum valido, quin morbis obnoxio. Etenim legimus paulo ante morbi causa in Aesculapii concessisse ibique aliquantulum commoratum esse (D. L. IV, 24); deinde scimus iuvenem de-

cratem, Polemo et Crantor, nihil ab Aristotele, qui una audierat Platonem, magnopere dissensit; copia fortasse et varietate dicendi pares non fuerunt. Fin. II, 11. Polemoni et iam ante Aristoteli ea prima visa sunt quae paulo ante dixi. Ergo nata est sententia veterum Academicorum et Peripateticorum, ut finem bonorum dicerent secundum naturam vivere i. e. virtute adhibita frui primis a natura datis. Conf. IV, 6. V, 5. Tusc. V, 13. 31.

17) Cf. inprimis Nicom. II, 6. 7.

cessisse, hydrope confectum (ib. 27); quin ipsa eius verba (v. fr. 13) demonstrant, quam bene cognitam habuerit morbi naturam. Itaque, ut Dionysium Stoicum narrant cum ex renibus laboraret ipso in eiulatu clamitasse falsa esse illa quae antea de dolore ipse sensisset (Cic. Tusc. II, 25), ita Crantorem puto, nisi ab initio ita senserit, mature morbo edoctum esse *τὴν ἀπάθειαν ἔξω καὶ τοῦ δυνατοῦ καὶ τοῦ συμφέροντος εἶναι*. Atque quum id ex suae vitae experientia duxisset, confirmatus videtur a poetis, hominibus vitae humanae sane intelligentissimis, Euripide, Homero, aliis: quibus Cicero, acer ille indolentiae defensor (quem in Tusculanis quidem quaestionibus sese praestat) ob eam ipsam causam succenset, quod lamentationibus animos emolliant.

Quod quum doloris inevitabilem esse sensum Crantor videret, facile intellectu est, quamobrem ei ***vita humana multis vexari miseriis*** visa sit; qua in sententia eo progressus est ut vitam supplicii instar haberet (vide fr. 9. 12). Atque huius sententiae quum similia proferat Plato [18]), diligentius rem considerantibus sponte patet, quantum interfuerit inter utriusque philosophi placitum: quum enim Plato id solum queratur quod animus divinis intentus interdum ***cupidinibus, doloribus, voluptatibus*** perturbetur, Crantor in eo collocat miseriam humanam quod vita morbis, molestiis, anxietatibus obnoxia sit, quae omnia ex communi

18) Vide v. c. Phaed. p. 66. ἕως ἂν τὸ σῶμα ἔχωμεν καὶ ξυμπεφυρμένη ᾖ ἡμῶν ἡ ψυχὴ μετὰ τοῦ τοιούτου κακοῦ, οὐ μήποτε κτησώμεθα ἱκανῶς οὗ ἐπιθυμοῦμεν.

quodam fonte oriantur; exque eo fonte et animi et corporis deformitatem serpere, et ipsam denique mortem, neque esse quidquam quod omnino sanum sit. Deinde quum Crantor hanc hominum conditionem vel a natura derivandam dixerit, vel, quia id minus probabile sit, hominibus (v. fr. 9): Plato eam inferiorum Deorum inertia natam esse narrat [19]); quod ad verbum accipiendum non esse probe scio: sed utut accipias, certum est, causam miseriae humanae a Platone in ipsis hominibus non esse quaesitam; nisi quis lapsum animae quem Phaedr. p. 248 describit hominibus imputari ab eo putet.

Itaque Crantor in universum Platonicorum placita retinuit, de nonnullis aliter sensit; quae fortasse, si ipse Academiae magister factus esset, a discipulis accepta et accuratius tractata novae constituendae scholae occasionem dedissent. — Reliquas Crantoris sen-

19) Tim. 69 c. ἔπειτα **(i. e. postquam Deus terram exornavit)** ἐκ τούτων πᾶν τόδε ξυνεστήσατο, ζῶον ἓν ζῶα ἔχον ἅπαντα ἐν αὑτῷ θνητά τε ἀθάνατά τε. Καὶ τῶν μὲν θείων αὐτὸς γίνεται δημιουργὸς, τῶν δὲ θνητῶν τὴν γένεσιν τοῖς ἑαυτοῦ γεννήμασι δημιουργεῖν προςέταξεν. Οἱ δὲ μιμούμενοι παραλαβόντες ἀρχὴν ψυχῆς ἀθάνατον, τὸ μετὰ τοῦτο θνητὸν σῶμα αὐτοὶ περιετόρνευσαν, ὄχημά τε ἅπαν τὸ σῶμα ἔδοσαν, ἄλλο τε εἶδος ἐν αὐτῷ ψυχῆς προςῳκοδομοῦντο θνητὸν, δεινὰ καὶ ἀναγκαῖα ἐν αὑτῷ παθήματα ἔχον· πρῶτον μὲν ἡδονὴν, μέγιστον κακῶν δέλεαρ· ἔπειτα λύπας, ἀγαθῶν φυγὰς, ἔτι δ' αὖ θάῤῥος καὶ φόβον, ἄφρονε ξυμβούλω, θυμόν τε δυςπαραμύθητον· ἐλπίδα τ' εὐπαράγωγον αἰσθήσει τε ἀλόγῳ καὶ ἐπιχειρητῇ παντὸς ἔρωτι.

tentias hoc loco enumerare nil adtinet, quum partim cum iis quas retulimus, arcte cohaereant, partim dogmatum philosophorum instar haberi non possint.

Superest ut de tempore mortis nonnulla addamus. Mortuus est probabiliter circa Ol. CXX [20]). Eo enim tempore Arcesilaus floruit [21]) quem ante Crantoris obitum docuisse non est credibile: praesertim quum post Crantorem etiam Pyrrhonem et Diodorum audiverit (Euseb. praep. ev. XIV, 6. XV, 5).

Sepultus esse videtur in patria; certe cupiebat in ea sepeliri [22]). Arcesilao rem suam reliquisse iam vidimus. Epitaphia in eum duo nobis servata sunt; alterum Theaeteti cuiusdam [23]) (D. L. IV, 25):

ἤνδανεν ἀνθρώποις, ὁ δ' ἐπὶ πλέον ἤνδανε Μούσαις
Κράντωρ, καὶ γήρως ἤλυθεν οὔτι πρόσω.
Γῆ, σὺ δὲ τεθνειῶτα τὸν ἱερὸν ἄνδρ' ὑπόδεξαι [24])·
ἦ ῥ' ὅγε καὶ κεῖθι ζώει [25]) ἐν εὐθαλίῃ [26]);

20) Inde concludo natum esse circa Ol. CX: siquidem *mature* decessit, i. e. ante quadragesimum saltem annum.

21) D. L. IV, 45.

22) Λέγεται δὲ — καὶ ἐρωτηθέντα πρὸς αὐτοῦ (τοῦ Ἀρκεσιλάου) ποῦ βούλεται ταφῆναι, εἰπεῖν·

ἐν γῆς φίλης μυχοῖσι κρυφθῆναι καλόν,

qui versus a Telete citatur Stob. flor. 40, 8. paullo aliter: καὶ γῆς φίλης ὄχθοισι κρυφθῆναι τάφῳ, unde Casaubonus Laertium emendavit; legebatur enim antea ἐν γῆς φίλης μυχοῖσι κτλ. Versus videtur Euripideus, ut Casaubonus quoque coniecit.

23) De eo videas Schöllium, hist. lit. gr. III p. 30. vers. germ.

24) Sic scripsit Jacobsius, Append. ad Anth. Gr. nr. 36. pro ὑποδέξῃ. Casaubonus coniecerat ὑπεδέξω.

25) Sic Hermannus ad Orph. p. 770. iubet scribi pro ζώει κεῖθι, metri causa.

26) Vulgata lectio est εὐθυμίῃ· id vero metro adversum

alterum ipsius Diogenis Laertii (IV, 27) longe deterius:

'Επέκλυσε καὶ σὲ, Κράντορ, ἡ νόσων [27]) κακίστη
χ' οὕτω κατῆλθες εἰς μέλαιναν Πλουτέως ἄβυσσον.
καὶ σὺ μὲν ἐκεῖθι μὲν χαίρεις, λόγων [28]) δὲ τῶν σῶν
'Ακαδημία θ' ἕστηκε χήρη [29]) καὶ Σόλοι πατρίς σευ.

Et inter praestantissimos Ethicorum scriptores Crantorem habitum esse adque omnem posteritatem eius nomen perlatum, monstrat Horatii illud (epist. I, II, v. 1 sqq.):

Troiani belli scriptorem, maxime Lolli,
dum tu declamas Romae, Praeneste relegi,
qui quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non,
planius ac melius Chrysippo et Crantore dicit.

At quam honorifice Panaetius, Cicero alii de eo locuti sint, infra videbimus, quum ad librum de Luctu pervenerimus.

est. Itaque Hermannus l. c. suadet εὐρυθμίῃ; Hübnerus proposuit εὐθενίῃ. Vera lectio nondum inventa videtur. Jacobsii coniectura a nobis recepta reliquis quidem omnibus praestat.

27) Codd. habent νόσος.

28) λόγων δὲ τῶν σῶν dedit Herm. (vid. Hübner. comm. in D. L. I p. 281) pro σῶν λόγων δὲ, quod metri causa retineri non potest.

29) Sic Herm. l. c. pro χήρη ἕστηκεν 'Ακαδημία.

CAPUT II.

De Crantoris scriptis.

Quatuor fragmentorum genera ad nos pervenerunt:

1. *commentariorum in Platonis Timaeum* fragmenta;
2. *consolationis*, sive libri περὶ πένθους;
3. incerti libri fragmentum;
4. poeticae quaedam reliquiae quae fortasse Crantori tribui possint.

I.

Commentariorum in Platonis Timaeum fragmenta.

Primus erat Crantor qui commentarios in Platonem scripsit, teste Proclo (in Tim. p. 24); qui commentarii an ea ὑπομνήματα sint, de quibus Diogenes Laertius loquitur [1]), dubites: possunt enim ὑπομνήματα cuiusvis generis scripta dici. Sed de his commentariis in Platonem quae nobis servata sunt, debemus Proclo et Plutarcho; et quidem Proclus peculiares quasdam Crantoris animadversiones refert, Plutarchus vero ea quae ille ad harmoniam mundi numerosque Platonicos

1) IV, 25. καὶ κατέλιπεν ὑπομνήματα εἰς μυριάδας στίχων τρεῖς.

explicandos excogitavit: quae res quum iis qui artis musices et matheseos minus periti sunt, difficilis sit intellectu, credidi me his fortasse nonnullam operam navare posse dilucidandis iis quorum obscuritas lectores Timaei magnopere impedire solet.

Fragmenta apud Proclum inventa.

1. Procl. in Tim. ed. Basil. p. 24.

Τὸν περὶ τῶν Ἀτλαντίνων σύμπαντα τοῦτον λόγον οἱ μὲν ἱστορίαν ψιλὴν εἶναί φασιν, ὥςπερ ὁ πρῶτος τοῦ Πλάτωνος ἐξηγητὴς Κράντωρ· ὅς δὴ καὶ σκώπτεσθαι μέν φησιν αὐτὸν ὑπὸ τῶν τότε ὡς οὐκ αὐτὸν ὄντα τῆς πολιτείας εὑρετὴν ἀλλὰ μεταγράψαντα τὰ Αἰγυπτίων. Τὸν δὲ τοσοῦτον ποιήσασθαι τῶν σκωπτόντων λόγον, ὥστε ἐπὶ Αἰγυπτίους ἀναπέμψαι τὴν περὶ Ἀθηναίων καὶ Ἀτλαντίνων ταύτην ἱστορίαν, ὡς τῶν Ἀθηναίων κατὰ ταύτην ζησάντων ποτὲ τὴν πολιτείαν. Μαρτυροῦσι δὲ καὶ οἱ προφῆται, φησὶ, τῶν Αἰγυπτίων, ἐν στήλαις ταῖς ἔτι σωζομέναις ταῦτα γεγράφθαι λέγοντες.

Pertinent haec verba ad nobilissimum locum Platonis Tim. p. 24 sqq. ubi Plato sacerdotem Aegyptium Soloni narrantem facit, Atlantidem insulam ultra columnas Herculis sitam fuisse Africa et Asia ampliorem, potentissimos habuisse reges qui Europam bello petiissent, donec ab Atheniensibus magnam cladem accepissent, postremo totam insulam ingentibus terrae motibus et inundationibus evanuisse. Eadem fere referuntur in Platonis dialogo Critia. Hac de re Proclus l. c. p. 54 sq. haec scripsit: *ὅτι μὲν ἐγένετο τοιαύτη τις νῆσος καὶ τηλικαύτη, δηλοῦσί τινες τῶν ἱστο-*

ρούντων τὰ περὶ τῆς ἔξω θαλάττης. Εἶναι γὰρ καὶ ἐν τοῖς αὐτῶν χρόνοις ἕπτα μὲν νήσους ἐν ἐκείνῳ τῷ πελάγει Περσεφόνης ἱερὰς, τρεῖς δὲ ἄλλας ἀπλέτους, τὴν μὲν Πλούτωνος, τὴν δὲ Ἄμμωνος, μέσην δὲ τούτων ἄλλην Ποσειδῶνος, χιλίων σταδίων τὸ μέγεθος, καὶ τοὺς οἰκοῦντας ἐν αὐτῇ μνήμην ἀπὸ τῶν προγόνων διασώζειν περὶ τῆς Ἀτλαντίδος ὄντως γενομένης ἐκεῖ νήσου παμμεγεθεστάτης ἣν ἐπὶ πολλὰς περιόδους δυναστεῦσαι πασῶν τῶν ἐν τῷ Ἀτλαντικῷ πελάγει νήσων, Ποσειδῶνος καὶ αὐτὴν οὖσαν ἱεράν. Ταῦτα μὲν οὖν Μάρκελλος ἐν τοῖς Αἰθιοπικοῖς γέγραφεν. — An haec ψιλὴ ἱστορία sint, ut dixit Crantor, dubito; neque vero ideo ab eorum partibus stare velim qui ea omnia pro meris fabulis habent; inter quos praecipue nominandus est C. O. Müllerus in censura libri Humboldtiani: „Examen critique de l'histoire du nouveau continent" [2]) qui totam hanc narrationem de Atlantide a Graecorum ingenio inventam censet beatiorem terrae hominumque statum desiderantium. Qui vir quum Marcelli testimonium pro nihilo habeat [3]), videtur hoc Crantoris fragmentum praetermittere: ex quo id certe patet, narrationem de Atlantide a sacerdotibus Aegyptiis profectam esse; ac Solonem eadem a sacerdotibus Aegyptiis audisse testantur Plut. Sol. **26. 31**, Procl. ad Tim. p. **31.** qui nomina quoque sacerdotum referunt. Nolo contendere, insulam illam cuius magna pars posteriore tempore submersa sit, Americam fuisse; nolo

2) Göttinger gelehrte Anzeigen 1838. p. 368 — 390.

3) ibid. p. 383.

eo argumento uti, quo uti fortasse liceat, summam similitudinem deprehensam esse inter Aegyptiacae et Mexicanae artis reliquias: id unum dico, non probabile esse, ullam fabulam ab Aegyptiis illis sacerdotibus traditam esse, quae nihil omnino veri habuerit. Non nego, novis fortasse commentis exornatam esse, ita ut vera a falsis dignosci vix possint, sed Humboldtio assentiendum puto, qui in libro modo dicto p. 163 versionis Germanicae haec pronuntiat: „Dieses Andenken an den Krieg der Atlanten auf dem Peplum der kleinen Panathenäen [4]) *und dieses von Proclus aufbewahrte Fragment des Marcellus, welches auf die Erinnerung einer physischen Catastrophe* (das Vorhandensein einer Mythe von der Atlantis) jenseits der Säulen des Hercules, vielleicht selbst in der Gruppe der canarischen Inseln hindeutet, *verdient eine ernste Beachtung von Seiten derjenigen, welche in die Finsternisse der geschichtlichen Überlieferung einzudringen streben.*" — Et addendum est quod p. 166 dicit: „Die Mythen der alten Westgränze der bekannten Welt können also einigen historischen Grund gehabt haben. Eine Wanderung der Völker von Westen nach Osten, deren Andenken sich in Aegypten erhalten hatte, nach Athen gebracht und durch religiöse Feste gefeiert wurde, kann weit früheren Zeiten angehören" [5]).

4) Vide Procl. ad Tim. p. 26.

5) Conferas etiam quae Stallbaumius ad Tim. p. 100. posuit: „quidquid rei est, illud quidem negari non potest, quae de situ et regione, de magnitudine, de potentia denique atque opibus hujus insulae a Platone narrantur, ea mirifice in Ame-

2. Proclus in Tim. p. 85.

Οἱ δὲ περὶ τὸν Κράντορα τοῦ Πλάτωνος ἐξηγηταί φασι γεννητὸν λέγεσθαι τὸν κόσμον ὡς ἀπ' αἰτίας ἄλλης παραγόμενον καὶ οὐκ ὄντα αὐτόγονον οὐδὲ αὐθυπόστατον.

Vere: eam enim ob rem mundus genitus esse dicendus est, quia causam sui in se habere non potest. Videtur Crantor hoc significare: neque aeternum et ἀγέννητον esse mundum quippe qui non ipse τὴν ὕπαρξιν sibi det; neque quod creatus esse dicatur, propterea certo quodam tempore creatum esse, sed ideo tantum creatum dici quia aliunde substantiam habeat. Operae pretium est antiquum philosophum audire iis qui aliter mundum creari posse nesciunt nisi tempore quodam, quique quum a quibusdam negari id videant, opinantur eos de aeterna quadam et non genita materia cogitasse, ad quam deinde demiurgus accesserit, id solum agens, ut suo quidque loco collocaret. Qua ab sententia Plato quantum abfuerit, liquet ex eo loco ad quem hoc Crantoris fragmentum pertinet, Tim. p. 28, b. σκεπτέον δ' οὖν περὶ αὐτοῦ πρῶτον ὅπερ ὑπόκειται περὶ πάντος ἐν ἀρχῇ δεῖν σκοπεῖν, πότερον ἦν ἀεί, γενέσεως ἀρχὴν ἔχων οὐδεμίαν, ἢ γέγονεν, ἀπ' ἀρχῆς τινος ἀρξάμενον. Γέγονεν. Quod igitur Plato dixerat ἀπ' ἀρχῆς τινος ἀρξάμενον, id Crantor significavit per ἀπ' αἰτίας ἄλλης παραγόμενον; et huc facit quod

ricam convenire, ut si non ex historiae fontibus ducta, certe singulari quadam ac prorsus divina animi praesagitione conficta sint.“

Plato paullo antea scripserat p. 28 a. πᾶν δὲ αὖ τὸ γιγνόμενον, ὑπ' αἰτίου τινὸς ἐξ ἀνάγκης γίγνεσθαι· πάνυ γὰρ ἀδύνατον χωρὶς αἰτίου γένεσιν σχεῖν.

Fragmenta a Plutarcho servata.

Ea omnia, ut iam dixi, ad eum locum pertinent, quo Plato animae mundanae generationem describit, qui locus ipse depingendus visus est, quo facilius Crantoris adnotationes intelligantur.

Tim. p. 34 sqq. Ὁ δὲ (θεὸς) καὶ γενέσει καὶ ἀρετῇ προτέραν καὶ πρεσβυτέραν ψυχὴν σώματος ὡς δεσπότιν καὶ ἄρξουσαν ἀρξομένου συνεστήσατο ἐκ τῶνδέ τε καὶ τοιῷδε τρόπῳ· Τῆς ἀμερίστου καὶ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ἐχούσης οὐσίας καὶ τῆς αὖ περὶ τὰ σώματα γιγνομένης μεριστῆς, τρίτον ἐξ ἀμφοῖν ἐν μέσῳ συνεκεράσατο οὐσίας εἶδος, τῆς τε ταὐτοῦ φύσεως αὖ πέρι [6]) καὶ τῆς θατέρου, καὶ κατὰ ταῦτα [7]) ξυνέστησεν ἐν μέσῳ τοῦ τε ἀμεροῦς αὐτῶν καὶ τοῦ κατὰ τὰ σώματα μεριστοῦ. καὶ τρία λαβὼν αὐτὰ ὄντα συνεκεράσατο εἰς μίαν πάντα ἰδέαν, τὴν θατέρου φύσιν δύσμικτον οὖσαν εἰς ταὐτὸ ξυναρμόττων βίᾳ. Μιγνὺς δὲ μετὰ τῆς οὐσίας καὶ ἐκ τριῶν ποιησάμενος ἓν πάλιν ὅλον τοῦτο μοίρας ὅσας προσῆκε διένειμεν, ἑκάστην δὲ τούτων ἔκ τε ταὐτοῦ καὶ θατέρου καὶ τῆς οὐσίας μεμιγμένην. Ἤρχετο δὲ διαιρεῖν ὧδε· μίαν ἀφεῖλε τὸ πρῶτον ἀπὸ παντὸς μοῖραν, μετὰ δὲ ταύτην ἀφῄρει διπλασίαν ταύτης, τὴν δ' αὖ τρίτην ἡμιολίαν μὲν τῆς δευτέρας, τριπλασίαν δὲ τῆς πρώτης, τε-

6) Stallb. ad Tim. p. 135. legere suadet probabili coniectura τῆς τε ταὐτοῦ φύσεως ὂν καὶ τῆς θατέρου.

7) al. ταὐτὰ.

τάρτην δὲ τῆς δευτέρας διπλῆν, πέμπτην δὲ [8] τριπλῆν τῆς τρίτης, τὴν δ' ἕκτην τῆς πρώτης ὀκτωπλασίαν, ἑβδόμην δὲ ἑπτακαιεικοσαπλασίαν τῆς πρώτης. Μετὰ δὲ ταῦτα ξυνεπληροῦτο τά τε διπλάσια καὶ τριπλάσια διαστήματα, μοίρας ἔτι ἐκεῖθεν ἀποτέμνων καὶ τιθεὶς εἰς τὸ μεταξὺ τούτων, ὥστε ἐν ἑκάστῳ διαστήματι δύο εἶναι μεσότητας, τὴν μὲν ταὐτῷ μέρει τῶν ἄκρων αὐτῶν ὑπερέχουσαν καὶ ὑπερεχομένην, τὴν δ' ἴσῳ μὲν κατ' ἀριθμὸν ὑπερέχουσαν, ἴσῳ δὲ ὑπερεχομένην. Ἡμιολίων δὲ διαστάσεων καὶ ἐπιτρίτων καὶ ἐπογδόων γενομένων ἐκ τούτων τῶν δεσμῶν ἐν ταῖς πρόσθεν διαστάσεσι, τῷ τοῦ ἐπογδόου διαστήματι τὰ ἐπίτριτα πάντα ξυνεπληροῦτο, λείπων αὐτῶν ἑκάστου μόριον, τῆς τοῦ μορίου ταύτης διαστάσεως ληφθείσης ἀριθμοῦ πρὸς ἀριθμὸν ἐχούσης τοὺς ὅρους ἓξ καὶ πεντήκοντα καὶ διακοσίων πρὸς τρία καὶ τετταράκοντα καὶ διακόσια.

3. Plut. περὶ τῆς ἐν Τιμαίῳ ψυχογονίας p. **1012. d.**
Οἱ δὲ Κράντορι τῷ Σολιεῖ προσέθεντο μιγνύντι τὴν ψυχὴν ἔκ τε τῆς νοητῆς καὶ τῆς περὶ τὰ αἰσθητὰ δοξαστῆς φύσεως.

4. Plut. l. c. p. **1012** sq.
Οἱ δὲ περὶ τὸν Κράντορα μάλιστα τῆς ψυχῆς ἴδιον ὑπολαμβάνοντες εἶναι τὸ κρίνειν τά τε νοητὰ καὶ τὰ αἰσθητὰ τάς τε τούτων ἐν αὐτοῖς καὶ πρὸς ἄλληλα γενομένας διαφορὰς καὶ ὁμοιότητας, ἐκ πάντων φασὶν ἵνα πάντα γιγνώσκῃ συγκεκρᾶσθαι τὴν ψυχήν· ταῦτα δὲ εἶναι τέτταρα, τὴν νοητὴν φύσιν

8) Lindau ad h. l. coniecit, πέμπτην δὲ τῆς πρώτης ὀκτωπλασίαν, τὴν δ' ἕκτην τριπλῆν τῆς τρίτης. Haud dubium quin recte.

ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχουσαν καὶ τὴν περὶ τὰ σώματα παθητικὴν καὶ μεταβλητήν· ἔτι δὲ τὴν ταὐτοῦ καὶ τοῦ ἑτέρου διὰ τὸ κἀκείνων ἑκατέραν μετέχειν ἑτερότητος καὶ ταυτότητος.

Ὁμαλῶς δὲ πάντες οὗτοι [9]) χρόνῳ μὲν οἴονται τὴν ψυχὴν μὴ γεγονέναι μηδὲ εἶναι γεννητὴν, πλείονας δὲ δυνάμεις ἔχειν εἰς ἃς ἀναλύοντα θεωρίας ἕνεκα τὴν οὐσίαν αὐτῆς, λόγῳ τὸν Πλάτωνα γινομένην ὑποτίθεσθαι καὶ συγκεραννυμένην· τὰ δ' αὐτὰ καὶ περὶ τοῦ κόσμου διανοούμενον ἐπίστασθαι μὲν ἀΐδιον ὄντα καὶ ἀγέννητον, τὸ δὲ ᾧ τρόπῳ συντέτακται καὶ διοικεῖται καταμαθεῖν οὐ ῥᾴδιον ὁρῶντα τοῖς μηδὲ γένεσιν αὐτοῦ μηδὲ τῶν γεννητικῶν σύνοδον ἐξ ἀρχῆς προϋποθεμένοις, ταύτην τὴν ὁδὸν τραπέσθαι.

Tertium et quartum fragmentum coniunxi, et quia utrumque de eadem re est, et quia prius ex posteriore lucem accipit. Pertinet utrumque ad ea verba quae ab initio loci Platonici leguntur: τῆς ἀμερίστου καὶ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ἐχούσης οὐσίας καὶ τῆς αὖ περὶ τὰ σώματα γιγνομένης μεριστῆς, τρίτον ἐξ ἀμφοῖν ἐν μέσῳ συνεκεράσατο οὐσίας εἶδος, τῆς τε ταὐτοῦ φύσεως αὖ πέρι καὶ τῆς θατέρου, καὶ κατὰ ταῦτα ξυνέστησεν ἐν μέσῳ τοῦ τε ἀμεροῦς αὐτῶν καὶ τοῦ κατὰ τὰ σώματα μεριστοῦ· καὶ τρία λαβὼν αὐτὰ ὄντα συνεκεράσατο εἰς μίαν πάντα ἰδέαν, τὴν θατέρου φύσιν δύσμικτον οὖσαν εἰς ταὐτὸ ξυναρμόττων βίᾳ. Quam Plato h. l. τὴν ἀμέριστον οὐσίαν dicit, eam Crantor τὴν νοητὴν nominat, quam ille μεριστὴν vo-

9) **Xenocrates, Zaratas, Crantor, paullo ante nominati.**

cat, eam hic περὶ τὰ αἰσθητὰ δοξαστὴν, παθητικὴν, μεταβλητὴν dicit. Memorat hanc explicationem, a Plotino quoque adoptatam [10]) Proclus in Tim. p. 187. οἱ δὲ φιλοσοφώτερον ἁπτόμενοι νοῦ καὶ αἰσθήσεως αὐτὴν μέσην λέγουσι, τοῦ μὲν ἀμερίστου, τῆς δὲ περὶ τοῖς σώμασιν μεριστῆς. Quod quam alienum sit a sensu verborum Platonis, haud difficile est intellectu; ille enim innuerat, animam mundi non tantum *individuam* esse et harmoniae modo secum cohaerentem, sed omnia quoque corpora permeantem i. e. *dividuam* [11]); Crantor vero, qui, quid anima mundana esset, parum intellexerit, comparavit eam cum anima humana, cuius actio consisteret et *cogitatione* quae semper *eodem* sese modo haberet, et *sensu* qui *vario* modo afficeretur; indeque enim animae mundanae τὸ μεριστὸν *sensum*, τὸ ἀμερὲς *cogitationem* esse putavit. — Deinde illud κἀκείνων ἑκατέραν μετέχειν ἑτερότητος καὶ ταὐτότητος [i. e. et cogitationem et sensum participem esse tum varietatis tum aequalitatis] per se quidem negari nequit, quum omnes cogitandi sentiendique motus *commune* aliquid (ταὐτὸ) inter se habeant, et *discrimina* complura (ἑτερότητας); sed Platonem significare id voluisse non est verisimile: τὸ ἀμερὲς

10) Ennead. IV. lib. VIII. c. 7. διττῆς δὲ φύσεως ταύτης οὔσης τῆς μὲν νοητῆς, τῆς δὲ αἰσθητῆς, ἄμεινον μὲν ψυχῇ ἐν τῷ νοητῷ εἶναι. Vide Creuzeri adnotationem ad h. l. III. p. 266.

11) Sic nunc video locum Platonis a Stallbaumio intellectum, quem vide ad Tim. p. 135 sqq. ubi hanc sententiam uberrime explicat.

enim idem est quod ἡ ταυτότης, natura semper sibi constans, omnia complectens, individua, infinita, aeterna; itemque τὸ μεριστὸν est id quod ἡ ἑτερότης, constatque ex innumeris rebus inter se diversis, corporeis, finitis, mutabilibus et fragilibus. Non igitur assentior Bruckero, qui (hist. philos. I. p. 745) *Crantorem verbis tantum et conceptis metaphysicis a Platone abiisse* putat, quum animam mundi ex quatuor substantiis compositam esse dicat, quam Plato ex duabus tribusve mixtam esse docuerat.

Ceterum quod Crantor dixit animam ex omnibus mixtam esse ut omnia cognosceret, ea communis Platonicorum sententia erat; vide modo Procl. in Tim. p. **186**. **189**. **203**, et maxime **205**.

De *methodo* denique Platonis liquet quam vere Crantor et Xenocrates indicaverint, animae mundanae et ipsius mundi generationem eorum causa, qui philosophando nondum adsueti essent, ita describi, quasi successione temporum facta esset, quum Plato aeternam esse probe cognitum habuerit.

5. Plut. l. c. p. **1020**.

Εἰρηκότος δὲ τοῦ Πλάτωνος· *ἡμιολίων δὲ διαστάσεων καὶ ἐπιτρίτων καὶ ἐπογδόων γενομένων, ἐκ τούτων τῶν δεσμῶν ἐν ταῖς πρόσθεν διαστάσεσι τῷ τοῦ ἐπογδόου διαστήματι τὰ ἐπίτριτα πάντα συνεπληροῦτο, λείπων αὐτῶν ἑκάστου μόριον, τῆς τοῦ μορίου τούτου διαστάσεως λειφθείσης ἀριθμοῦ πρὸς ἀριθμὸν ἐχούσης τοὺς ὅρους* ς' *καὶ* ν' *καὶ* σ' (**256**) πρὸς γ' καὶ μ' καὶ σ' (**243**), διὰ ταύτην τὴν λέξιν ἠναγκάζοντο πάλιν τοὺς ἀριθ-

μοὺς ἐπανάγειν καὶ μείζονας ποιεῖν. Ἔδει μὲν γὰρ ἐφεξῆς ἐπόγδοα γίνεσθαι δύο, τῆς δὲ ἑξάδος οὔτε αὐτόθεν ἐπόγδοον ἐχούσης, εἴτε τέμνοιτο, κερματιζομένων εἰς μόρια τῶν μονάδων, δυσθεωρήτου τῆς μαθήσεως ἐσομένης, αὐτὸ τὸ πρᾶγμα τὸν πολυπλασιασμὸν ὑπηγόρευσεν, ὥσπερ ἐν ἁρμονικῇ μεταβολῇ τοῦ διαγράμματος ὅλου συνεπιτεινομένου τῷ πρώτῳ τῶν ἀριθμῶν. Ὁ μὲν οὖν Εὔδωρος ἐπακολουθήσας Κράντορι πρῶτον ἔλαβε τὸν τπδ' (384) ὃς γίνεται τοῦ ἓξ ἐπὶ τὰ ξδ' (64) πολλαπλασιασθέντος.

Verba Platonis a Plutarcho h. l. citata nobis describunt quomodo creator animae mundanae simul aequalitatem et varietatem (τὸ ἀμερὲς καὶ τὸ μεριστὸν) impertiverit. Id iam a Pythagoricis comparatione instrumentorum musicorum demonstratum fuisse constat; ac sine dubio praeclare exprimitur rerum mundanarum diversitas et concentus imagine chordarum musicarum, quae quum singulae diversos inter se sonos reddant, iuncta optimam praebent harmoniam: modo ii, qui comparationem illam invenere, meminissent, hanc solummodo imaginem veri, non ipsum verum esse.

Chordarum ratio nobis nunc dilucidius exponenda est; quae enim Boeckhius ea de re doctius disputavit in Creuzeri et Daubii Studiis (III. p. 1 sqq.), eiusmodi illa sunt ut a paucis intelligi queant, neque ab iis sine aliquo labore. Nostra igitur explicatio si cui paullo longior videatur, is meminerit, rem quam explicamus nisi pluribus exponi non posse.

Primum igitur notum est, scalam sonorum septem sonis constare semper redeuntibus, ita ut modo gra-

viores modo acutiores auditu sint. Nostri homines eos literarum nominibus insigniverunt:

C D E F G A H etc.

Ex his C est sonus *primarius*, ad quem F est quartus sive διατεσσάρων, G quintus sive διαπέντε, deinde sonus C, qui post H redit, octavus sive διαπασῶν. Animadvertendum est, in sonorum modulationibus maxime primarium, quartum, quintum sonum adhiberi.

Iam si de chorda C *dimidiam* partem demseris, reliqua chordae pars reddet sonum C redeuntem, acutiorem primario, sive διαπασῶν; si quartam, reliqua chordae pars reddet sonum F sive διατεσσάρων, eiusque partis longitudo cum integrae chordae longitudine comparata hanc proportionem praebet:

$$\tfrac{3}{4} : \tfrac{4}{4} = 3 : 4$$

$$\text{sive } \tfrac{3}{4} : 1 = 3 : 3 + 1 = 1 : 1\tfrac{1}{3},$$

itaque sonus C (= 4) una particula maior est quam sonus F (= 3), qua de causa sonus F ἐπίτριτον διάστημα nominatur i. e. intervallum tertia parte adiuncta natum.

Porro si de chorda C tertiam partem demseris, reliqua chordae pars reddet sonum G sive διαπέντε, proportioque haec nascetur:

$$\tfrac{2}{3} : \tfrac{3}{3} = 2 : 3$$

$$\text{sive } \tfrac{2}{3} : 1 = 1 : 1\tfrac{1}{2},$$

quamobrem sonus G etiam ἡμιόλιον ($1\frac{1}{2}$) διάστημα dicitur, i. e. intervallum dimidia parte adiuncta natum.

Postremo demta nona parte habebis sonum D simplici intervallo a sono primario distantem, quod

intervallum a Graecis τόνος dictum est. Proportio exsistit haec:

$$\frac{8}{9} : \frac{9}{9} = 8 : 9$$

$$\text{sive } \frac{8}{9} : 1 = 8 : 8 + 1 = 1 : 1\frac{1}{8}$$

Unde hoc intervallum ἐπόγδοον quoque dicitur, i. e. intervallum octava addita parte natum.

Restat ut a primo τόνῳ D ad secundum τόνον E progrediamur demta nona parte chordae D; deinde eodem modo totum intervallum a sono G usque ad διαπασῶν τόνοις explendum est, unde nascentur soni A, H.

Nunc quomodo ratiocinationem intervallorum Graeci instituerint ostendendum. Ea nostrae plane contraria erat. Verbi causa si totius chordae longitudinem numero duodenario significemus, diatessaron est ex nostratium ratione

$$12 - \frac{12}{4} (= 12 - 3 = 9);$$

nos enim *chordam ipsam* seu sonum primarium pro *toto* habemus, cuius *parte* quarta demta diatessaron relinqui dicimus; Graeci *reliquam chordae partem* pro *toto* habebant, cui deinde addebatur (velut ad complendam chordam) *tertia eius pars* [12]) ($12 + {}^{12}/_{3}$ sive

12) Qua in ratiocinatione duae res minime sunt consentaneae, et quod illud *pro toto* habetur, et quod deinde tertia illa pars *addi* dicitur, quum nos quartam rectius *deducamus*. Itaque quum nos, quo acutior sit sonus eo minorem chordam dicamus esse: illi numerum quo sonantem chordae partem significabant (12) eadem parte (t. e. tertia) augebant, qua auctus minor ille numerus quo nos diatessaron significamus (9) *primarium sonum* reddit. Graecorum ratione $12 + \frac{12}{3}$ conficiunt 16 (diatessaron); nostra 9 (diatess.) $+ \frac{9}{3}$ conficiunt 12 (primarium). At revera primarius sonus ad diatessaron se

12 + 4 = 16). Atque ut diatessaron ex primario ratiocinabantur, eodem modo reliqua quoque intervalla constituebant.

Sed his discriminibus nostrae et veterum rationis omissis *numeri* iam demonstrandi sunt, quibus Graeci intervalla insignibant.

Primarius sonus tali numero significandus erat, qui commodam divisionem haberet i. e. cuius facile tertia, quarta, octava pars inveniri posset. Vetustiores igitur philosophi iam ante Platonem *numerum* **192** *primarium* posuerant. Is numerus habet

diapason . . . . $192 + 192 = 384$

diatessaron (ἐπίτριτον) . $192 + \frac{192}{3} = 256$

tonum (ἐπόγδοον) *primum* $192 + \frac{192}{8} = 216$

tonum secundum . . . . $216 + \frac{216}{8} = 243$ [13])

diapente (ἡμιόλιον) . . . . $192 + \frac{192}{2} = 288$

proximum deinde tonum . . . . $288 + \frac{288}{8} = 324$

alterum tonum . . . . $324 + \frac{324}{8}$.

Sed octonarius in 324 non continetur, et propterea ut Plutarchus ait (l. c. p. 1020) ἠναγκάζοντο πάλιν τοὺς ἀριθμοὺς ἐπανάγειν καὶ μείζονας ποιεῖν (eo consilio

habet non ut 12 ad 16 sed ut 16 ad 12, sive ut 12 ad 9, seu quoque ut $\frac{1}{12}$ ad $\frac{1}{16}$.

13) Intervallum inter 243 (ἐπόγδοον secundum) et 256 (sive diatessaron) est numerus 13, qui quum in prioribus numeris non contineatur, a Graecis dicebatur λεῖμμα, id quod reliquum est. Nostri mathematici *numerum irrationalem* dicerent.

ut pro **324** alius inveniretur numerus, quo octonarius contineretur)· ἔδει μὲν γὰρ ἐφεξῆς (post diapente) ἐπόγδοα γενέσθαι δύο· τῆς δὲ ἑξάδος οὔτε αὐτόθεν ἐπόγδοον ἐχούσης (quum numerus **324** [*sextum* diagrammatis sonum significans] octavam suam partem in se non contineret) εἴτε τέμνοιτο, κερματιζομένων εἰς μόρια τῶν μονάδων δυσθεωρήτου τῆς μαθήσεως ἐσομένης, αὐτὸ τὸ πρᾶγμα τὸν πολυπλασιασμὸν ὑπηγόρευσεν, ὥσπερ ἐν ἁρμονικῇ μεταβολῇ τοῦ διαγράμματος ὅλου συνεπιτεινομένου τῷ πρώτῳ τῶν ἀριθμῶν (sicut cum instrumenti alicuius chordae ad alios sonos reddendos aliter intenduntur, omnium sonorum numeri eadem ratione commutantur, qua numerus primarii soni). Ὁ μὲν οὖν Εὔδωρος [14]) ἐπακολουθήσας Κράντορι πρῶτον ἔλαβε τὸν τπδ′ (**384**) ὃς γίνεται τοῦ ἓξ ἐπὶ τὰ ξδ′ πολλαπλασιασθέντα (**6** × **64**). — Sic igitur totum diagramma bene compleri potuit tonis, hoc modo:

primarius			**diatessaron**
384	**432**	**486**	**512**
diapente			**diapason**
576	**648**	**729**	**768**

6. Plut. l. c. p. **1022.**

Τὸ μὲν συμπληροῦν τὰ διαστήματα καὶ παρεντάττειν τὰς μεσότητας εἰ καὶ μηδεὶς ἐτύγχανε πεποιηκὼς πρότερον, ὑμῖν ἂν αὐτοῖς ἕνεκα γυμνασίας παρῆκα. Νῦν δὲ πολλοῖς κἀγαθοῖς ἀνδράσιν ἐξειργασμένου τούτου, μάλιστα δὲ Κράντορι καὶ Κλεάρχῳ [15])

14) De eo videas Fabric. Bibl. Gr. I. p. 845.

15) Vide de hoc viro Schöllium, hist. lit. Gr. II. p. 198.

καὶ Θεοδώρῳ [16]) τοῖς Σολεῦσι, μικρὰ περὶ τούτων διαφορᾶς εἰπεῖν οὐκ ἄχρηστόν ἐστι. Ὁ γὰρ Θεόδωρος οὐχ ὡς ἐκεῖνοι δύο στίχους ποιῶν, ἀλλ' ἐπὶ μίας εὐθείας ἐφεξῆς τοὺς δὲ (leg. τε) διπλασίους ἐκτάττων καὶ τοὺς τριπλασίους, πρῶτον μὲν ἰσχυρίζεται τῇ λεγομένῃ κατὰ μῆκος σχίσει τῆς οὐσίας, δύο ποιούσῃ μοίρας ὡς ἐκ μίας, οὐ τέσσαρας ἐκ δυεῖν· ἔπειτά φησι τὰς τῶν μεσοτήτων οὕτω λαμβάνειν προσήκειν χώραν· εἰ δὲ μή, ταραχὴν καὶ σύγχυσιν ἔσεσθαι. Καὶ μεταστὰς εἰς τὸ πρῶτον εὐθὺς [17]) τριπλάσιον ἐκ τοῦ πρώτου διπλασίου τῶν συμπληρούντων ἑκάτερον ὀφειλόντων [18]). Τοῖς δὲ περὶ τὸν Κράντορα βοηθοῦσιν αἵ τε θέσεις τῶν ἀριθμῶν, ἐπιπέδων ἐπιπέδοις καὶ τετραγώνων τετραγώνοις καὶ κύβων κύβοις ἀντιθέτως συζυγούντων τῇ τε μὴ κατὰ τάξιν αὐτῶν λήψει, ἀλλ' ἐναλλὰξ ἀρτίων καὶ ἐπι.... [19])

Corruptissima haec verba ad eum locum Platonis spectant quo diversitates in anima mundi positae et inter se mixtae imagine numerorum quadratorum et cubicorum repraesentantur. Ii numeri hi sunt:

16) Idem laudatur a Plutarcho de oraculorum defectu p. 427, neque usquam praeterea eius nomen legitur.

17) Fortasse leg. αὖθις.

18) Verba aperte corrupta sunt, quibus ego medelam satis convenientem invenire nondum potui. Sensus videtur hic esse, eandem lineam quae in duas et quatuor partes divisa iam esset, deinde in tres esse distributam.

19) Hoc loco sermo abruptus est. Pro ἐπι.... verisimiliter legendum est περιττῶν.

1,	1^2 sive 1,	1^3 sive 1
2,	2^2 sive 4,	2^3 sive 8
3,	3^2 sive 9,	3^3 sive 27;

qui numeri naturali numerorum ordine inter se sic miscentur:

1, 2, 3, 4, 8, 9, 27,

idque Plato his verbis expressit (Tim. p. 35. 6): μίαν ἀφεῖλε τὸ πρῶτον ἀπὸ παντὸς μοῖραν (1) μετὰ δὲ ταύτην ἀφῄρει διπλασίαν ταύτης (2), τὴν δ' αὖ τρίτην ἡμιολίαν μὲν τῆς δευτέρας, τριπλασίαν δὲ τῆς πρώτης ($1\frac{1}{2} \times 2 = 3 \times 1 = 3$) τετάρτην δὲ τῆς δευτέρας διπλῆν ($2 \times 2 = 4$), πέμπτην δὲ [20]) τριπλῆν τῆς τρίτης ($3 \times 3 = 9$), τὴν δ' ἕκτην τῆς πρώτης ὀκτωπλασίαν (8×1), ἑβδόμην δὲ ἑπτακαιεικοσαπλασίαν τῆς πρώτης (27×1). De numerorum significatione philosophica prolixe et varie disputaverunt Neoplatonici; qui quum ludicra multa, nonnulla quoque ingeniosa protulerint, nihil certe adtulerunt, quod veram ac simplicem Platonis sententiam demonstret. Adeas, si plura desideres, Procl. ad Tim. p. 206 sqq. ubi ipsius Procli, Jamblichi, Porphyrii aliorum sententiae collectae sunt.

Hi igitur numeri 1, 2, 3, 4, 8, 9, 27 connectebantur a Pythagoricis aliorum numerorum ope, talium qui inter duos numeros positi minorem numerum eadem ratione superant, qua a maiore superantur, quique eam ob rem medii (μεσότητες) nominantur. Tim.

20) Apparet h. l. quam vera sit Lindavii coniectura quam supra attigimus, πέμπτην δὲ τῆς πρώτης ὀκτωπλασίαν, τὴν δ' ἕκτην τριπλῆν τῆς τρίτης.

l. c. *μετὰ δὲ ταῦτα ξυνεπληροῦτο τά τε διπλάσια καὶ τριπλάσια διαστήματα μοίρας ἔτι ἐκεῖθεν ἀποτέμνων καὶ τιθεὶς εἰς τὸ μεταξὺ τούτων ὥστε ἐν ἑκάστῳ διαστήματι δύο εἶναι μεσότητας, τὴν μὲν ταὐτῷ μέρει τῶν ἄκρων αὐτῶν ὑπερέχουσαν καὶ ὑπερεχομένην, τὴν δ' ἴσῳ μὲν κατ' ἀριθμὸν ὑπερέχουσαν, ἴσῳ δ' ὑπερεχομένην.* Harum medietatum prima est numerus quaternarius, medius inter ternarium et senarium positus, ternarium eadem ratione superans, qua a senario superatur, secundum proportionem quam veteres dicebant harmonicam. Id proportionis genus in eo est ut quum inter maiorem numerum (6) et minorem (4) aliud intervallum intersit atque inter medium (4) et minorem (3), haec intervalla eodem sese modo habeant inter se quo numerus maior et minor (*οἱ ἄκροι*, 3 et 6). Quodsi minus intervallum dicamus d: maius D, nascitur proportio:

3 : 6 = d : D
seu = 4—3 : 6—4
= 1 : 2
vel etiam 3 : d = 6 : D
sive 3 : 4—3 = 6 : 6—4.

Itaque quum quaternarius ternarium *tertia* ejus parte superet (4 = 3 + $^{3}/_{3}$) et a senario *item tertia* eius parte superetur (6 = 4 + $^{6}/_{3}$), apparet quid sibi velint Platonis verba quum primam medietatem (4) *ταὐτῷ μέρει* (i. e. tertia parte) *τῶν ἄκρων* (6 et 3) *ὑπερέχουσαν καὶ ὑπερεχομένην* dicit. Ac hujus generis medietates plures inter numeros Platonicos interponi poterant; numerus 8, medius inter 6 et 12; 12, medius inter 9 et 18; 16, medius inter 12 et 24, alii.

Quum igitur hujusmodi proportio *harmonica* diceretur, alterum genus dicebatur, ut nunc quoque dicitur arithmeticum, hoc, dico:

$$4 : 5 = 5 : 6,$$

in quo quinarius non eadem *parte* sed eodem *numero* (1) superat quaternarium, quo eodem superatur a quinario. Ideo Plato alteram medietatem ait ἴσῳ μὲν κατ' ἀριθμὸν ὑπερέχουσαν, ἴσῳ δὲ ὑπερεχομένην.

Iam videamus quomodo haec ad oculos demonstraverit Theodorus et Crantor. Theodorus quum alii duas lineas duxissent, quorum alteram διπλασίοις (numeris a binario derivatis, 2, 4, 8 cet.) compleverunt [i. e. diviserunt in duas, quatuor, octo partes] alteram τριπλασίοις (3, 9, 27 al.): ille una eademque linea διπλασίοις et τριπλασίοις completa ostendit, quomodo numeris Platonicis inter se mixtis sponte nascerentur medietates [21]. Πρῶτον μὲν ἰσχυρίζεται, inquit Plutarchus, τῇ λεγομένῃ κατὰ μῆκος σχίσει τῆς οὐσίας (i. e. divisione eius lineae quae οὐσίαν i. e. *totum* repraesentat) δύο ποιούσῃ μοίρας, ὡς ἐκ μίας, οὐ τέσσαρας ἐκ δυεῖν [22]. Deinde medietates in linea sic divisa notandas esse dixit, quod ita instituit ut eandem lineam postmodo in tres partes distribuerit, deque his unam demserit.

Hoc magis perspicuum fiet, quum h. l. lineam Theodori depinxerimus.

21) Hanc demonstrandi rationem commemorat Proclus in Tim. p. 193.

22) Videtur Theodorus eos reprehendere, qui praepropere lineam statim in quatuor partes dividerent, quam in duas antea dividere debebant.

A a C b B

Linea AB, quae totum repraesentat, dimidiata est in puncto C; AC + CB (duae lineae aequales) binarium efficiunt, qui complet lineam AB (τὴν οὐσίαν). Deinde linea τριπλασίοις completur, et primum quidem ternario i. e. tribus lineis aequalibus Aa, ab, bB; quarum si unam (Aa) demseris, relinquetur linea aB, *quatuor* particulis constans, media inter CB, quae *tribus*, et AB, quae *sex* particulis constat; et hanc habebis proportionem:

$$\frac{3}{6} : \frac{4}{6} = \frac{6}{6} : \frac{2}{6}$$

$$CB : Cb = AB : Aa$$

$$\text{sive } 3 : 4 = 6 : 2$$

$$3 : 4 - 3 = 6 : 6 - 4$$

$$CB : Ab - CB = AB : AB - Aa;$$

ita ut medius inter numeros quaternarius, media inter lineas Ab sit.

Crantorem vero, ut Plutarchus dicit, adiuvit ea qua usus est ratio numeros disponendi: quos sic collocavit, ut numeris quadratis quadratos, cubicis cubicos (τετραγώνοις τετραγώνους, κύβοις κύβους) opponeret, non κατὰ τάξιν (non eo ordine quo eos Plato enumeraverat), sed primum pares, deinde impares enumerans, forma literae Λ, uti ex fragmento septimo comparebit. Sic igitur videtur eos disposuisse:

			1				sive				1			
		2^1		3^1						2		3		
	2^2				3^2				4				9	
2^3						3^3		8						27

Id unum non liquet, quosnam numeros Plutarchus in fragmento nostro ἐπιπέδους dicat; ἐπίπεδοι in univer-

sum ii sunt numeri, qui multiplicatione nascuntur, eosque Crantor sibi invicem opposuisse dicitur; fortasse hae erant diversae medietates, hoc fere ordine:

minores	medii	maiores
3	4	6
6	8	12
9	12	18
12	16	24

Neque tamen haec coniectura mihi ipsi satisfacit. — Eodem pertinet fr. quod sequitur septimum.

7. Plut. l. c. p. 1027. d.

Περὶ δὲ τῆς τάξεως (ζητεῖται), πότερον ἐφ᾽ ἑνὸς στίχου πάντας ἐκθετέον ὡς Θεόδωρος, ἢ μᾶλλον ὡς Κράντωρ ἐν τῷ Λ σχήματι, τοῦ πρώτου κατὰ κορυφὴν τιθεμένου καὶ χωρὶς μὲν τῶν διπλασίων, χωρὶς δὲ τῶν τριπλασίων ἐν δυσὶ στίχοις ὑποταττομένων.

Figura Λ est quam modo exposuimus:

1

2 3

4 9


8 27

Eam adoptavit Adrastus peripateticus [23]), de quo videas Fabr. Bibl. Gr. III p. 458. 653. Ex huius igitur reliquiis a Proclo in Tim. servatis fortasse cerni potest, quomodo Crantor numeris Platonicis medietates interposuerit; videtur enim is locus apud Plutarchum l. c. p. 1022 excidisse, quo perscripserat Plutarchus qua

23) Procl. in Tim. p. 197. Ἄδραστος δὲ φιλοτεχνῶν, ὃ καὶ πρότερον (p. 193) εἴπομεν, λαβδοειδὲς τὸ σχῆμα ποιεῖ. Cf. etiam p. 198.

ratione Crantor παρεντάττειν τὰς μεσότητας tentaverit (vid. initium fr. 6).

Proclus igitur (in Tim. p. 192) haec scripsit: εἰώθασί τινες τρία τρίγωνα ποιεῖν καὶ ἐφ᾽ ἑνὸς μὲν γράφειν τοῦ ἐλαχίστου τὰς ἑπτὰ μοίρας, κορυφὴν ποιοῦντες τὴν μίαν μοῖραν, κατασχίζοντες δὲ τὰς περὶ ταύτην καὶ ἐπὶ τῆς ἑτέρας πλεύρας γράφοντες τὸν διπλάσιον ὅλον στίχον, ἐπὶ δὲ τῆς ἑτέρας τὸν τριπλάσιον [24]), ἐπὶ δὲ ἄλλου τριγώνου μείζονος καὶ τοῦτο περιέχοντος αὐξήσαντες τοὺς ἀριθμοὺς [25]), παρεμβάλλειν τὰς δύο μεσότητας πάλιν ὁμοίως, χωρὶς μὲν τοὺς διπλασίους, χωρὶς δὲ τοὺς τριπλασίους τάξαντες, ἐπὶ δὲ τῆς κορυφῆς τὴν μίαν μοῖραν· ἐπὶ δὲ τρίτου τριγώνου καὶ ἀμφότερα ταῦτα παραλαμβάνοντος [26]) ὅλον καταγράφειν τὸ διάγραμμα, καὶ οὕτως ὁ Ἄδραστος πεποίηκεν. — Inde concludo Crantorem τὴν τῶν μεσότητων παρένταξιν sic instituisse, arithmetica medietate inter τοὺς διπλασίους, harmonica inter τοὺς τριπλασίους posita:



24) Haec igitur a Crantore accepisse videtur.

25) Credo numeros in triangulo maiori duplicatos esse et sic figuram meam institui.

26) f. leg. περιλαμβάνοντος. Ceterum quomodo tertium hoc triangulum descriptum fuerit, difficile dictu est; ego in figura mea omisi.

II.

Libri de luctu fragmenta.

Liber *de luctu* (περὶ πένθους) Hippocli cuidam inscriptus erat, qui liberos morte amiserat (vide fr. 9): unde etiam *Consolatio* a Cicerone dictus est. Hic liber iam apud antiquos summam laudem et admirationem consecutus est [1]); neque immerito: eas enim sententias continebat, quae revera lugentis animum erigere possent, praesertim quum eas Crantor non ex cogitatione sed ex ipsa vita depromsisset, neque ab iis staret, qui dolorem in sola ouinione consistere clamitabant. Neque modo lugentes, sed quivis etiam philosophus, quivis denique lector delectabatur hoc libello cuius et sermo eiusmodi erat, ut poeta haud indignus iudicari posset, et sententiae ex intima rerum natura haustae erant, propptereaque animos doctiorum magnopere advertebant. Itaque Cicero Ac. prior. II, 44. hunc libellum „*non magnum, verum aureolum*" dicit, refertque Panaetii sententiam, qui eum Tuberoni *ad verbum ediscendum* commendaverit; ac postquam Tulliae suae mors gravissimo eum maerore affecit, Crantoris libro ad deliniendum dolorem usus est, quem etiam quum deinde

1) Θαυμάζεται δὲ αὐτοῦ μάλιστα βιβλίον τὸ περὶ πένθους. Diog. Laert. IV, 27.

sibimetipsi consolationem scriberet [2]), maxime secutus est [3]); in Tusculanas quoque quaestiones haud pauca ex eo recepit. Eodem modo Plutarchus quum Apollonium suum consolaretur, plus uno loco Crantoris verba recitat. Quin etiam multa, quae non disertis verbis Crantori tribuuntur, in Ciceronis et Plutarchi libris modo dictis inveniuntur, quae nihilominus sive ad verbum sive ad sententiam ex Crantoris consolatione desumpta sunt: quod dudum observavit Wyttenbachius in commentario suo ad Plutarchi Consolationem [4]) et Matthiaeus in prolusione anni **1808** [5]). Sed quum ea doctissimorum virorum sententia in universum procul dubio posita sit, non possum assentiri Wyttenbachio qui l. c. a Crantore *et Ciceronem multis locis et totum certe Plutarchum pendere* ait: quid enim? nonne Plutarchus in eo libro diversissimis scriptoribus utitur, Platone, Aristotele, aliis? horum igitur cognitionem Crantorine omnem debuit? an itaque, ut idem Wyttenbachius (l.c. p. **704**) dicit, *diversitas rationis et orationis et quidam antiquitatis color a reliqui libelli colore differens documento est*, omnia quae antiquiore colore a reliquis

2) Eius fragmenta ante hos paucos annos edidit Frid. Schneiderus Vratislaviensis.

3) Plin. praef. ad hist. nat. „Cicero in libris de republica Platonis se comitem profitetur, *in consolatione filiae Crantorem, inquit, sequor;* item Paenaetium in officiis.“ Cf. Hieronym. ep. ad Heliodor. 60: Legimus Crantorem cuius volumen ad confovendum dolorem suum sequutus est Cicero.

4) Vol. VI. p. 698.

5) Vermischte Schriften, Altenburg 1833. p. 44 sqq.

differant, Crantoris esse? Quod documentum quam incertum sit, intellexit etiam Mauritius Hermannus Eduardus Meier, professor eloquentiae Halensis, nuperrimus Consolationis Crantoreae descriptor [6]). Et Wyttenbachius quidem duos locos Crantori tribuere conatur [7]), in quibus vix quidquam inveniatur quod vel sententia vel oratione certam similitudinem cum Crantore habeat. Nec magis probandum est, quod quidam eos omnes locos qui Tusculanis quaestionibus cum Plutarchi Consolatione communes sunt, Crantori tribuere volebant: inter quos non solum est prior fragmentorum Crantoris editor Bleek a Rysewyk [8]), sed etiam Fridericus Schneiderus Vratislaviensis, qui peculiarem de Crantoris libro περὶ πένθους dissertationem scripsit [9]), in qua adeo totum libellum reficere conatus est; atque idem egit Meierus. Hi igitur non reputavisse videntur, quam multa etiam aliis Graecorum scriptoribus Cicero debuerit, quem novi-

6) Friderici Guilelmi III. funebria indicens, Halis 1840. p. 9.

7) Alterum consol. ad Apoll. p. 106. inde a verbis τί γὰρ τὸ χαλεπόν usque ad κρεῖττόν ἐστι τὸ τεθνάναι τοῦ ζῆν, alterum ibid. p. 111. inde a verbis ἐπεὶ καὶ τῶν ζώων usque ad ἑκάστοις εἰῆν. — Wyttenbachii auctoritatem sequitur etiam Heusdius, minor filius viri clarissimi, in libro his diebus edito: Diatribe in locum philosopiae moralis, qui est de consolatione, apud Graecos, Traj. ad Rh. 1840. p. 44 sqq.

8) Dissertatio literaria de Crantore Solensi, quam publico et solemni examini submittit F. G. B. van Bleek van Rysewyk, Arnhemiae 1837.

9) Zeitung für Alterthumswissenschaft. 1836. Fasc. 8. p. 839 sqq.

mus vix quemquam librum qui de consolatione scriptus erat non legisse [10]); et quam doctus fuerit Plutarchus, quam omnia corradendi cupidus, praesertim in Consolatione ad Apollonium iuvenili aetate scripta, ut coniecit Wyttenbachius [11]), in quam ex diversis scriptoribus multa et varia collegit. Et quum Plutarchum maxime ex Crantore hausisse concedendum sit, Ciceronem in Tusculanis non credo saepenumero Crantore usum esse, eos locos ut omittam, quibus eum nomine appellat. Huius rei liceat nonnulla argumenta afferre, quae fortasse dubitationem meam excusent. Primum non verisimile est Ciceronem eundem hunc libellum Crantoris bis brevi tempore exhausisse, primum in Consolatione sua, deinde in quaestionibus Tusculanis; deinde quod etiam pluris est, praecipuae Ciceronis et Crantoris sententiae admodum inter se differunt: Cicero enim utique in Tusculanis severum sese admonitorem dolorisque contemptorem praestat [12]), Crantor, iis quidem paucis fragmentis quae ad nostram aetatem pervenere, mitis exsistit consolator, qui dolorem non turpem habeat, non pro nihilo ducendum iudicet, sed ex ipsa hominis natura consequi agnoscat. Et quum historiolae nonnullae ad mortuorum beatitudinem probandam, de Trophonio et Agamede, de Cleobide et Bitone, de Sileno denique Crantori a plerisque

10) Vide modo *ad Att.* XII, 14: Nihil de maerore minuendo scriptum ab ullo est, quod ego non domi tuae legerim.

11) Comm. in Plut. Mor. VI. p. 696.

12) Confer inprimis Tusc. III, 27. 29.

tribuantur [13]), quia et a Cicerone referantur et a Plutarcho, accuratius Ciceronem inspicientibus facile adparebit, earum fabularum probabiliter nullam apud Crantorem fuisse: Cicero enim quum eas ipsas fabulas narrasset Tusc. I, 47 sq. deinde c. 48. his verbis pergit: *simile quiddam est in Consolatione Crantoris;* ait enim Terinaeum quendam Elysium, quum graviter filii mortem maereret, venisse in psychomantium etc. Itaque vel ex hoc uno exemplo concludas, multa Ciceroni cum Plutarcho communia esse, quae nihilominus ad Crantorem nihil pertineant: nosque cavimus ne Crantori quidquam tribueremus quod non certo referri ad eum posset. Id unum fatendum est, Plutarchum in Consolatione sua praeter morem suum multa ex Euripide et Homero laudavisse eorumque nonnulla apud Ciceronem quoque inveniri: ea igitur probabiliter ex Crantoris libro hausta esse; quae vero, quum non ad Crantorem sed ad Euripidem Homerumque pertineant, in peculiarem indicem retulimus, eaque tantum quae vel Ciceronis vel Plutarchi verbis Crantori tribuuntur, inter eius reliquias recepimus.

8. Plut. Consol. ad Apoll. p. **102**.

Τὸ μὲν οὖν ἀλγεῖν καὶ δάκνεσθαι τελευτήσαντος τοῦ υἱοῦ φυσικὴν ἔχει τὴν ἀρχὴν τῆς λύπης καὶ οὐκ ἐφ' ἡμῖν. Οὐ γὰρ ἔγωγε συμφέρομαι τοῖς τὴν ἄγριον ὑμνοῦσι καὶ σκληρὰν ἀπάθειαν ἔξω καὶ τοῦ δυνατοῦ καὶ τοῦ συμφέροντος οὖσαν· ἀφαιρήσεται γὰρ ἡμῶν αὕτη τὴν ἐκ τοῦ φιλεῖσθαι καὶ φιλεῖν εὔνοιαν, ἣν

13) Heusdius diatribe p. 48. Schneiderus l. l. p. 844. Meierus l. l. p. 18. Bleek van Rysewyk p. 51. 67.

παντὸς μᾶλλον διασώζειν ἀναγκαῖον. Τὸ δὲ πέρα τοῦ μέτρου παρεκφέρεσθαι καὶ συναύξειν τὰ πένθη, παρὰ φύσιν εἶναί φημι καὶ ὑπὸ τῆς ἐν ἡμῖν φαύλης γίνεσθαι δόξης. Διὸ καὶ τοῦτο μὲν ἐατέον ὡς βλαβερὸν καὶ φαῦλον, καὶ σπουδαίοις ἀνδράσιν ἥκιστα πρέπον· τὴν δὲ μετριοπάθειαν οὐκ ἀποδοκιμαστέον. Μὴ γὰρ νοσοῖμεν, φησὶν ὁ Ἀκαδημιακὸς Κράντωρ· νοσήσασι δὲ παρείη τις αἴσθησις, εἴτ' οὖν τέμνοιτό τι τῶν ἡμετέρων, εἴτ' ἀποσπῷτο. Τὸ γὰρ ἀνώδυνον τοῦτο οὐκ ἄνευ μεγάλων ἐγγίνεται μισθῶν τῷ ἀνθρώπῳ· τεθηριῶσθαι γὰρ εἰκὸς ἐκεῖ μὲν σῶμα τοιοῦτον, ἐνταῦθα δὲ ψυχήν.

Verissima sententia, qua ab omni fere antiquitatis philosophia Crantor dissensit. — Vertit hunc locum Cicero, Tusc. III, 6: nec absurde Crantor ille qui in nostra Academia vel inprimis fuit nobilis: *minime*, inquit, *assentior iis, qui istam nescio quam indolentiam magnopere laudant, quae nec potest ulla esse nec debet. Ne aegrotus sim; sed si fuerim* [14]), *sensus adsit, sive secetur quid, sive avellatur a corpore. Nam istud nihil dolere non sine magna mercede contingit, immanitatis in animo, stuporis in corpore.*

Videtur ex hoc Crantoris loco Seneca nonnulla hausisse, qui quidem „omnia clarissimorum ingeniorum monumenta ad compescendos moderandosque

14) Ita scripsi cum Manutio et Lambino, ut talem saltem lectionem habeam, quae facilem sensum praebeat. Verba sunt admodum corrupta. Davis. Victor. leg. *sin quid fuerit*, Gron. *sin fuerim*, alii *sin id fuerit*, alii *sin inquit fuerat*. Recentiorum plurimi legunt: *sin: is qui fuerat sensus adsit.* Vera lectio nondum inventa videtur. Vide Moserum ad h. l.

luctus composita evolvisse“ sese profitetur [15]). Is igitur (Cons. ad Helv. c. 16) haec habet: *nam et infinito dolore, quum aliquem ex carissimis amiseris, affici, stulta indulgentia est, et nullo, inhumana duritia;* quibus cum verbis conferas Cons. ad Polyb. 66: *et non sentire mala sua, non est hominis, et non ferre, non est viri.*

Ad totum Plutarchi locum Wyttenbachius (Vol. VI. p. 704) animadvertit: teneo adhuc quod notavi, *haec* (verba τὸ μὲν οὖν ἀλγεῖν κτλ) *item ut proxima esse Crantoris.* — Fateor, hanc quidem *sententiam,* τὸ ἀλγεῖν τελευτήσαντος τοῦ υἱοῦ φυσικὴν ἔχειν τὴν ἀρχὴν τῆς λύπης mihi quoque ex Crantore desumptam videri, praesertim collato loco Ciceronis Tusc. III, 29: *natura affert dolorem: cui quidem Crantor, inquiunt, vester cedendum putat; premit enim atque instat, nec resisti potest* [16]). — Neque minus ea quae sequuntur: τὴν ἀπάθειαν ἔξω τοῦ συμφέροντος εἶναι — ἀφαιρήσεσθαι γὰρ ἡμῖν τὴν ἐκ τοῦ φιλεῖσθαι καὶ φιλεῖν εὔνοιαν — τὸ δὲ

15) Cons. ad Helviam c. 1.

16) Etiam hac cum sententia convenit Seneca, ep. 99: Cum primum nos nuntius acerbi funeris perculit, cum tenemus corpus e complexu nostro in ignem transiturum, *lacrimas naturalis necessitas exprimit* et spiritus ictu doloris impulsus quemadmodum totum corpus quatit, ita oculos quibus adiacentem humorem perprimit et expellit; hae lacrimae per elisionem cadunt, *nolentibus nobis.* Et ad Helv. 16, 7: Scio *rem non esse in nostra potestate*, nec ullum affectum servire, *minime vero eum, qui ex dolore nascitur;* ferox enim et adversus omne remedium contumax est. Adde ad Marciam c. 7.

πέρα τοῦ μέτρου παρεκφέρεσθαι παρὰ φύσιν εἶναι — denique τὴν μετριοπάθειαν οὐκ ἀποδοκιμαστέον, haec igitur non minus ex Crantoris scriptis petita esse probatur ex loco Ciceronis saepius iam citato, Ac. pr. II, 44: „Sed quaero, quando ista fuerint ab *Academia vetere* decreta, ut animum sapientis commoveri et conturbari negarent? *Mediocritates* illi probabant et in omni permotione *naturalem* volebant esse *quendam modum.* Legimus omnes *Crantoris* veteris Academici de luctu cet. — Atque illi quidem etiam *utiliter a natura* dicebant permotiones istas animis nostris datas; metum cavendi causa, *misericordiam aegritudinemque clementiae;* ipsam iracundiam fortitudinis quasi cotem esse dicebant." — Haec igitur quum a Xenocrate vel Polemone, hominibus ἀπαθείας studiosissimis, profecta esse nequeant, deinde quum admodum similia sint aliorum Plutarchi dictorum, sententias quidem non nego ex Crantore esse petitas [17]); an verba quoque, dubitem; non enim credibile est, verba φησὶν ὁ Ἀκαδημιακὸς Κράντωρ vel ipsius Plutarchi oblivione, vel librarii negligentia non suo loco inserta esse. Accedit quod Cicero, qui loco supra laudato Crantoris verba vertit, multa omisit quae apud Plutarchum sunt; neque assentior Wyttenbachio qui h. l. Ciceronem verba quaedam Crantoris omisisse putat. Optimus enim verborum nexus exsistit, si post ἔξω τοῦ δυνατοῦ καὶ τοῦ συμφέροντος οὖσαν statim pergimus:

17) Quod si verum est, ex hac quoque re videas, quantum a Crantore abfuerit Cicero in Tusculanis quaestionibus: quum enim Crantor animi permotiones homini utiles esse dicat, Cicero plane contrarie sensit. Tusc. IV, 19 sqq.

μὴ γὰρ νοσοῖμεν κτλ. — Ceterum miror, Ciceronem loco modo laudato Ac. pr. II, 44. hanc mediocritatis commendationem veteri Academiae in universum tribuisse. Qui enim ante Crantorem Academiae magistri exstiterunt, Xenocrates atque Polemo, eos non μετριοπάθειαν sed ἀπάθειαν laudavisse constat; et ipse quoque Plato, licet sane nonnullis locis mediocritatem probaverit [18]), tamen pluribus locis indolentiam defendit. Vide modo Phaedonem p. 64 sqq. et maxime p. 83. b. ubi legimus: ἡ τοῦ ὡς ἀληθῶς φιλοσόφου ψυχὴ ἀπέχεται τῶν ἡδονῶν τε καὶ ἐπιθυμιῶν καὶ λυπῶν καὶ φόβων καθ' ὅσον δύναται. Itaque cum hac in re Crantorem et ab Academicis et ab omnibus fere philosophorum veterum scholis dissentire videamus, exceptis Epicureis, a quibus eum id didicisse nemo facile putet, teneo quod supra posui, hanc sententiam ipsius Crantoris propriam fuisse.

9. Plut. Consol. ad Apoll. p. 104.

Τούτοις ἑπομένως καὶ ὁ Κράντωρ παραμυθούμενος ἐπὶ τῇ τῶν τέκνων τελευτῇ τὸν Ἱπποκλέα φησί· ταῦτα γὰρ πᾶσα ἡ ἀρχαία αὕτη φιλοσοφία λέγει τε καὶ παρακελεύεται· ὧν εἰ δή τι ἄλλο μὴ ἀποδεχόμεθα, τό γε πολλαχῇ εἶναι ἐργώδη καὶ δύσκολον τὸν βίον ἄγαν ἀληθές. Καὶ γὰρ εἰ μὴ φύσει τοιοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, ὑπό γε ἡμῶν εἰς τοῦτο ἀφῖκται

18) De legg. II. p. 652, b. ἡδονὴ δὲ καὶ φιλία καὶ λύπη καὶ μῖσος ἂν ὀρθῶς ἐν ψυχαῖς ἐγγίγνωνται μήπω δυναμένων λόγον λαμβάνειν. Λαβόντων δὲ τὸν λόγον συμφωνήσωσι τῷ λόγῳ ὀρθῶς εἰθίσθαι ὑπὸ τῶν προςηκόντων ἐθῶν. Cf. Rep. IV. p. 442, b. Tim. 86, b.

διαφθορᾶς· ἥ τε ἄδηλος αὕτη τύχη πόῤῥωθεν ἡμῖν καὶ ἔτι ἀπ' ἀρχῆς ἠκολούθηκεν, οὐδ' ἐφ' ἑνὶ ὑγιεῖ· φυομένοις δὲ μίγνυταί τις ἐν πᾶσι κακοῦ μοῖρα· τὰ γάρ τοι σπέρματα εὐθὺς θνητὰ ὄντα ταύτης κοινωνεῖ τῆς αἰτίας, ἐξ ἧς ἀφυΐα μὲν ψυχῆς, νόσοι τε καὶ κήδεα καὶ μοῖρα θνητῶν ἐκεῖθεν ἡμῖν ἕρπει. — Τοῦ δὲ χάριν ἐτραπόμεθα δεῦρο; ἵν' εἰδείημεν, ὅτι καινὸν ἀτυχεῖν οὐδὲν ἀνθρώπῳ, ἀλλὰ πάντες ταὐτὸ πεπόνθαμεν.

Ultima verba: *τοῦ δὲ χάριν* usque ad *πεπόνθαμεν* addidi ex Wyttenbachii coniectura (ad Plut. Vol. VI. p. 714), quum ipse nolim contendere, ea Crantoris esse. Idem Wyttenbachius quae proxime sequuntur ex Theophrasto [19]) et Homero [20]) citata Crantori deberi putat.

De *vitae miseriis* iam antiqui philosophi multa disputaverant, ut animadvertit Crantor (ταῦτα γὰρ π ᾶ σ α ἡ ἀ ρ χ α ί α αὕ τ η φ ι λ ο σ ο φ ί α λ έ γ ε ι τε καὶ παρακελεύεται) atque inprimis *Pythagorici*, quorum multa eius generis excerpsit Stobaeus flor. 98, 71 et 108, 81. Ego adscripsi mihi versiculos Euripidis apud eundem Stobaeum citatos, flor. 124, 7:

γίγνωσκε τ ἀ ν θ ρ ώ π ε ι α, μηδ' ὑπερμέτρως
ἄλγει· κακοῖς γὰρ οὐ σὺ πρόςκεισαι μόνη.

Atque Euripidem a Crantore plurimi factum esse iam saepius commemoravi. — Adde ex *Empedo-*

19) Ἄσκοπος γὰρ ἡ τύχη, φησὶν ὁ Θεόφραστος, καὶ δεινὴ παρελέσθαι τὰ προπεπονημένα καὶ μεταῤῥῖψαι τὴν δοκοῦσαν εὐημερίαν, οὐδένα καιρὸν ἔχουσα τακτόν.

20) Od. 18, 130 — 137. Il. 21, 463 — 466.

clis reliquiis (collectis a Karstenio pag. 86.) hosce versus:

> ὦ πόποι, ὦ δειλῶν θνητῶν γένος, ὦ δυσάνολβον,
> οἵων ἐξ ἐρίδων ἔκ τε στοναχῶν ἐγένεσθε!

et quae deinde sequuntur.

Plato quid hac de re senserit, et quid inter eum et Crantorem interfuerit, supra iam demonstratum est: etenim Plato neque omnia mala ex uno eodemque communi miseriarum fonte videtur derivare, neque omnino certum quendam malorum originem indicat; quum enim Deos inferiores miseriae humanae auctores dicat, id ad verbum intelligi non posse facile patet.

Ceterum quod Welkerus [21]) coniecit, Crantorem a Prodico sophista Ceo multa accepisse, quae ad vitae miserias spectent, id a probabilitate haud alienum est; certe similitudo quaedam non vulgaris inter utrumque virum erat: uterque sapientiae ita studiosus ut eam ad vitam potius quam ad disciplinam applicaret; uterque ipsis vitae miseriis edoctus, uterque ad veritatem sententiarum elegantiam poetici sermonis adiungens. Itaque quae in Axiocho dialogo de vitae miseriis enarrantur (c. 6 — 9) ea auctor dialogi ex ipso potius Prodico quam, quod arbitratur Wyttenbachius [22]), ex Crantore hausisse videtur.

10. Plut. l. c. p. **109.**

Τὰ περὶ τὸν Ἴταλον Εὐθύνοον τοιαῦτά φασι γενέ-

21) „Prodikos von Keos, Vorgänger des Socrates"; in Museo Rhenano anni 1833. p. 625.

22) Comm. ad Plut. VI. p. 699.

σθαι. Εἶναι μὲν γὰρ αὐτὸν Ἡλυσίου [23]) πατρὸς Τεριναίου, τῶν ἐκεῖ πρώτου καὶ ἀρετῇ καὶ πλούτῳ καὶ δόξῃ, τελευτῆσαι δ' ἐξαπίνης αἰτίᾳ τινὶ ἀδήλῳ· τὸν οὖν Ἡλύσιον εἰσελθεῖν ὅπερ ἴσως κἂν ἄλλον· εἰσῆλθε μήποτ' εἴη φαρμάκοις ἀπολωλώς· τοῦτο γὰρ εἶναι μόνον αὐτῷ ἐπ' οὐσίᾳ πολλῇ καὶ χρήμασιν. Ἀποροῦντα δὲ ὅτῳ τρόπῳ βάσανον λάβοι τούτων, ἀφικέσθαι ἐπί τι ψυχομαντεῖον· προθυσάμενον δὲ, ὡς νόμος, ἐγκοιμᾶσθαι καὶ ἰδεῖν ὄψιν τοιάνδε· δόξαι παραγενέσθαι τὸν πατέρα τὸν [24]) ἑαυτοῦ· ἰδόντα δὲ διεξέρχεσθαι πρὸς αὐτὸν περὶ τῆς τέχνης τῆς κατὰ τὸν υἱὸν καὶ ἀντιβολεῖν τε καὶ δεῖσθαι συνεξευρεῖν τὸν αἴτιον τοῦ θανάτου. Καὶ τὸν ἐπὶ τούτῳ, ἥκω, φάναι· ἀλλὰ δέξαι παρὰ τοῦδε ἅ σοι φέρει· ἐκ γὰρ τούτων ἅπαντ' εἴσῃ ὧν πέρι λυπῇ. Εἶναι δ' ὃν ἐσήμαινε νεανίσκον ἑπόμενον αὐτῷ, ἐμφερῆ δὲ τῷ υἱῷ τε καὶ τὰ τοῦ χρόνου καὶ τὰ τῆς ἡλικίας ἐγγύς. Ἔρεσθαι οὖν ὅστις εἴη, καὶ τὸν φάναι, δαίμων τοῦ υἱέως σου· καὶ οὕτω δὴ ὀρέξαι οἱ γραμματίδιον. Ἀνειλήσαντα οὖν αὐτὸ ἰδεῖν ἐγγεγραμμένα τρία ταῦτα·

Ἦρου νήπιε; ἠλίθιαι φρένες ἀνδρῶν.
Εὐθύνοος κεῖται μοιριδίῳ θανάτῳ
οὐκ ἦν γὰρ ζώειν καλὸν αὐτῷ, οὔτε γονεῦσιν.

Hoc fragmentum a Plutarcho sine auctoris nomine servatum ex Ciceronis Tusculanis quaestionibus I, 48. Crantoris esse apparet. Ibi enim Cicero, postquam

23) Sic correxit Wyttenbachius. Complures Codd. mss. habent Ἡλισίου.

24) Edd. habent τοῦ.

similia quaedam de Trophonio et Agamede, Cleobide et Bitone [25]) narravit, pergit his verbis: Simile quiddam est in *Consolatione Crantoris; ait enim Terinaeum quendam Elysium quum graviter filii mortem maereret, venisse in psychomantium, quaerentem quae fuisset tantae calamitatis causa; huic in tabellis tres huiusmodi versiculos datos:*

Ignaris homines in vita mentibus errant.
Euthynous potitur fatorum numine leto:
Sic fuit utilius finiri ipsique tibique.

Primum versuum Graecorum uno pede carere nemo non videt. Davisius coniecit:

ἦ που, νήπιε Ἠλύσι', ἠλίθιαι φρένες ἀνδρῶν.

Magis arridet Moseri coniectura:

ἦρου νήπιε; ἠλίθιαι ἀεὶ φρένες ἀνδρῶν,

licet ne hoc quidem in textum recipere conatus sim.

Ceterum haec narratio optime coniungitur cum vitae humanae deploratione quam fr. 9 legimus; confer quoque fr. 12. Ac quum Prodicus sophista complures eius generis narrationes protulisse videatur (vide Axioch. c. 10), ex hoc quoque fragmento fortasse confirmatur quod coniecit Welkerus, Crantorem ex Prodico hausisse, qua de re iam diximus ad fragm. 9.

11. Plut. l. c. p. 114, c.

Τὸ γὰρ μὴ δι' αὑτὸν κακῶς πράττειν ὁ μὲν Κράντωρ φησὶν οὐ μικρὸν εἶναι κούφισμα πρὸς τὰς τύχας.

Optima sane consolatio, qua iam Socratem sese

25) Conferas quoque similem narrationem de Ere quodam Armenio apud Platonem, Rep. X. p. 614 sqq.

consolatum esse novimus (Xen. apol. 6. 7. 24. 28), qua Ciceronem in rebus adversis magnopere adiutum esse testantur complura eius dicta citata a Wyttenb. ad h. l. p. 759. — Atque haec Crantoris sententia quodammodo cohaeret cum iis quae fr. 9 legimus: si enim miseriae humanae a nostra culpa originem ducunt, neque in dolore quidquam sit quod acerbius possit haberi quam illud, quod nosmetipsos eius auctores habere debeamus: certo inter maxima calamitatum levamina habendum est, si quis hoc doloris nervo caret.

12. Plut. l. c. p. **115.** b.

Πολλοῖς γὰρ καὶ σοφοῖς ἀνδράσιν, ὥς φησι Κράντωρ, οὐ νῦν ἀλλὰ πάλαι κέκλαυσται τἀνθρώπινα, τιμωρίαν ἡγουμένοις εἶναι τὸν βίον, καὶ ἀρχὴν[26]) *τὸ γενέσθαι ἄνθρωπον συμφορὰν τὴν μεγίστην.*

Ἄνδρες σοφοὶ qui fuerint, haud difficile dictu: Homerus, Theognis, Empedocles, Prodicus, alii: atque Empedoclis h. l. fragmentum addendum est servatum a Plotino, Ennead. IV. lib. VIII. cap. 1. p. 468. *Ἐμπεδοκλῆς τε εἰπὼν ἁμαρτανούσαις νόμον εἶναι ταῖς ψυχαῖς πεσεῖν ἐνταῦθα καὶ αὐτὸς φυγὰς θεόθεν γενόμενος ἥκειν πίσυνος μαινομένῳ νείκει, τοσοῦτον παρεγύμνου ὅσον καὶ Πυθαγόρας οἶμαι, καὶ οἱ ἀπ' ἐκείνου ᾐνίττοντο περί τε τούτου περί τε πολλῶν ἄλλων.* Conf. ibid. c. 5. et quos locos citat Sturzius ad Emped. p. 449 sqq. Eandem sententiam a Platone Phaedr. p. 248. referri inter omnes constat. Huc pertinent etiam Euripidis versus ap. Stob. flor. **120, 22.**

26) *ἀρχὴν* valet *omnino* ut monet Leneppius ad Phalarid. p. 252. Phalaris enim hoc dicto Crantoris usus est.

Nostrum locum videtur citasse Cicero in Consolatione sua, cf. Lact. Instit. III, 18. §. 18. (Cicero) quum in principio Consolationis suae dixisset, *luendorum scelerum causa nasci homines*, iteravit id ipsum postea *quasi obiurgans eum qui vitam poenam non esse putet.* Et deinde c. 19. §. 14. *Non* nasci hominem longe optimum *nec in hos scopulos incidere vitae;* proximum autem, si natus sis, quam primum mori et tamquam ex incendio effugere violentiam fortunae. Adde Arist. de anima ap. Plut. l c. p. 115, Sen. consol. ad Marc. c. 22. et versus Hesiodi, Theognidis, Bacchydidis laudatos a Wytt. ad Plut. VI. p. 769.

Restat ut ea omnia quae Plutarcho cum Cicerone communia sint, quaeque a Wyttenbachio, Matthiaeo, Meiero, Rysewykio, Schneidero Crantori tribuantur indicemus, ut iudicare benevolus lector possit, quaenam inter haec nostri scriptoris esse videantur. Ea vero quum utique dubia iudicanda sit, una cum versuum Homeri et Euripidis indice ad calcem libelli nostri addere maluimus.

III.

Incerti operis [1]) *fragmentum.*

13. Sext. Empir. adv. Math. lib. XI. c. 51 — 59. p. 701 sq. ed. Fabric.

Ἀγαθὸν δ' εἶπαν αὐτὴν [2]) ὑπάρχειν, οὐ μὴν καὶ πρῶτον, οἵ τε ἀπὸ τῆς Ἀκαδημίας καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ Περιπάτου. Δεῖν γὰρ ὑπέλαβον ἑκάστῳ τῶν ἀγαθῶν τὴν οἰκείαν τάξιν τε καὶ ἀξίαν ἀπονέμειν. Ἔνθεν καὶ Κράντωρ εἰς ἔμφασιν τοῦ λεγομένου βουλόμενος ἡμᾶς ἄγειν, πάνυ χαρίεντι συνεχρήσατο παραδείγματι. Εἰ γὰρ νοήσαιμεν κοινόν τι τῶν Πανελλήνων θέατρον, εἰς τοῦτό τε ἕκαστον τῶν ἀγαθῶν παριὸν καὶ τῶν πρωτείων ἀντιποιούμενον ἥκειν, εὐθὺς καὶ ἐς ἔννοιαν ἀναχθησοίμεθα τῆς ἐν τοῖς ἀγαθοῖς διαφορᾶς. Πρῶτον μὲν γὰρ ὁ Πλοῦτος παραπηδήσας ἐρεῖ· ἐγὼ ὦ ἄνδρες Πανέλληνες [3]) κό-

1) Miror Rysewykium qui hoc frag. ad librum de luctu retulit. Nihil in eo consolatorium inesse, iam intellexit Heusdius (diatribe p. 50 sq.). Neque vero cum Fabricio faciam, qui frag. nostrum ad ὑπομνήματα Crantoris refert (de quibus vid. Diog. Laert. IV, 24). Ea enim quae fuerint, non certius est, quam ex quo libro hoc fragmentum desumptum sit.

2) *Valetudinem* dicit.

3) Ἐγὼ ὦ ἄνδρες Π. ex Ms. Cizeno addidit Fabr.

σμον παρέχω πᾶσιν ἀνθρώποις καὶ τὰς ἐσθῆτας καὶ τὰς ὑποδέσεις, καὶ τὴν ἄλλην ἀπόλαυσιν χρειώδης εἰμὶ νοσοῦσι καὶ ὑγιαίνουσι· καὶ ἐν μὲν εἰρήνῃ παρέχω τὰ τερπνὰ, ἐν δὲ πολέμοις νεῦρα [4]) τῶν πράξεων γίνομαι· τούτων γὰρ [5]) δὴ τῶν λόγων ἀκούσαντες οἱ Πανέλληνες, ὁμοθυμαδὸν κελεύσουσιν [6]) ἀποδοῦναι τὰ πρωτεῖα τῷ Πλούτῳ. — Ἀλλ' ἐὰν τούτου ἤδη ἀνακηρυττομένου ἐπιστᾶσα ἡ Ἡδονὴ,

τῇ ἔνι μὲν φιλότης, ἔνι δ' ἵμερος, ἐν δ' ὀαριστὺς,
πάρφασις, ἥτ' ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονεόντων [7]),

λέγῃ δ' εἰς μέσον καταστᾶσα ὅτι αὐτὴν δίκαιόν ἐστιν ἀναγορεύειν·

ὁ γὰρ ὄλβος οὐ βέβαιος, ἀλλ' ἐφήμερος
ἐξίπτατ' οἴκων, μικρὸν ἀνθήσας χρόνον [8]),

διώκεται δὲ πρὸς τῶν ἀνθρώπων οὐ δι' ἑαυτὸν, ἀλλὰ τὴν ἐξ αὐτοῦ περιγενομένην [9]) ἀπόλαυσιν καὶ ἡδονήν· πάντως οἱ Πανέλληνες οὐκ ἄλλως ἔχειν τὸ πρᾶγμα ἢ οὕτως ὑπολαβόντες, κεκράξονται δεῖν τὴν Ἡδονὴν στεφανοῦν. — Ἀλλὰ καὶ ταύτης τὸ βραβεῖον φέρεσθαι μελλούσης, ἐπὴν ἐμβάλλῃ ἡ Ὑγεία μετὰ τῶν συνέδρων αὐτῇ θεῶν [10]) καὶ διδάσκῃ ὡς

4) Cf. Epicharm. ap. Cic. ad Att. I, 19:
νᾶφε καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν· ἄρθρα ταῦτα τᾶν φρενῶν.

5) f. l. ἄρα.

6) Sic Fabr. de suo pro κελεύουσιν.

7) Iliad. Ξ, 216.

8) Incerti auctoris versiculi, verisimiliter Euripidis.

9) f. l. παραγινομένην.

10) Fabricius putat eos indicari deos, quorum aram Pau-

οὔτε ἡδονῆς οὔτε πλούτου ὄφελός τί ἐστιν ἀπούσης αὐτῆς·

τί γάρ με πλοῦτος ὠφελεῖ, νοσοῦντά γε;
μικρ' ἂν θέλοιμι καὶ καθ' ἡμέραν ἔχων
ἄλυπον οἰκεῖν βίοτον, ἢ πλουτῶν νοσεῖν [11]).

ἀκούσαντες πάλιν οἱ Πανέλληνες καὶ μεταλαβόντες ὡς οὐκ ἔνεστι κλινοπετῆ καὶ νοσοῦσαν ὑποστῆναι εὐδαιμονίαν, φήσουσι νικᾶν τὴν Ὑγείαν. — Ἀλλὰ καὶ τῆς Ὑγείας ἤδη νικώσης, ἐπὰν εἰσέλθῃ ἡ Ἀνδρία πολὺ στῖφος ἀριστέων καὶ ἡρώων ἔχουσα περὶ ἑαυτὴν [12]), καταστᾶσα δὲ λέγῃ· ἐμοῦ μὴ παρούσης, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες [13]), ἀλλοτρία γίνεται ἡ κτῆσις τῶν παρ' ὑμῶν ἀγαθῶν, εὔξαιντό τε οἱ πολέμιοι περιουσιάζειν ὑμᾶς πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς ὡς μελλήσοντες ἡμῶν [14]) κρατεῖν· καὶ τούτων οὖν ἀκούσαντες οἱ Ἕλληνες τὰ μὲν πρωτεῖα τῇ Ἀρετῇ ἀποδώσουσι, τὰ δὲ δευτερεῖα τῇ Ὑγιείᾳ, τὰ δὲ τρίτα τῇ Ἡδονῇ, τελευταῖον δὲ τάξουσι τὸν Πλοῦτον. — Καὶ δὴ ὁ μὲν Κράντωρ τὴν ὑγείαν ἐν δευτέρᾳ μοίρᾳ ἐτίθετο, στοιχῶν [15]) τοῖς προειρημένοις φιλοσόφοις.

sanias Att. 34. in templo quodam Oropio cum Hygiea communem fuisse memorat, Aesculapium, Minervam, Venerem, Panaceam.

11) Versus ex Eurip. Telepho (Stob. flor. 97, 11) petitos correxit Fabr. ex Cod. Savil. Veteres edd. habent: τί γάρ με πλοῦτος ὠφελεῖ, νόσον μικρὰν κτλ. In Cod. Ciz. deest etiam ὠφελεῖ.

12) Sic scrips. Fabr. ex Cod. Savil. pro αὐτήν.

13) ὦ ἄνδρες Ἕλληνες lectio est Cod. Ciz. in quo tamen deest ὦ.

14) Legendum videtur ὑμῶν.

15) i. e. secundum philosophos Academicos et Peripate-

Patet ex elegantissimo hoc fragmento, ut iam supra (Cap. I.) diximus, Crantorem et probum Academiae discipulum fuisse et doctrinam suam intime cum vitae experientia coniunxisse. — Ac primum quod ad Academiae disciplinam adtinet, scimus, ab Academicis virtutem quidem summum bonum habitam, neque vero ideo reliqua bona, valetudinem, divitias, alia e bonorum numero sublata esse, ut a Stoicis factum esse constat. De qua re multis locis egit Cicero et praecipue in libris de bonorum et malorum finibus; nobis duos locos ex eius scriptis depinxisse sufficiat. Acad. post. I, 5: „Constituebant (Platonici) extremum esse rerum expetendarum et finem bonorum, adeptum esse omnia e natura et animo et corpore et vita. Corporis autem alia ponebant esse in toto, alia in partibus; valetudinem, vires, pulchritudinem in toto, in partibus autem sensus integros et praestantiam aliquam partium singularum. — Ac de summo quidem atque naturali bono sic agunt; cetera autem pertinere ad id putant aut adaugendum aut tuendum, ut divitias, ut opes, ut gloriam et gratiam." — Ibid. C. 6: „Omnis illa antiqua philosophia sensit *in una virtute positam esse beatam vitam;* nec tamen beatissimam, nisi adiungerentur *et corporis et cetera* quae supra dicta sunt ad virtutis usum idonea." — Addenda est sententia eius viri quem Crantor audiverat, Polemonis, supra iam adscripta, Clem. Alex. Strom. VII. p. 419, c. ὁ Ξενοκράτους γνώριμος Πολέμων φαίνεται τὴν

ticos docens. Plura de voce στοιχῶν collegit Fabr. ad Sext. Empir. p. 255.

εὐδαιμονίαν αὐτάρκειαν εἶναι βουλόμενος ἀγαθῶν πάντων ἢ τῶν πλείστων καὶ μεγίστων. Δογματίζει γοῦν, χωρὶς μὲν ἀρετῆς μηδέποτε ἂν εὐδαιμονίαν ὑπάρχειν, δίχα δὲ καὶ τῶν σωματικῶν καὶ τῶν ἐκτὸς τὴν ἀρετὴν αὐτάρκη πρὸς εὐδαιμονίαν ἔχειν. Cf. quoque Sext. Emp. XI, 42. p. 699. et eandem prorsus sententiam ab Archyta Tarentino iam fusius explicitam, Stob. flor. I, 76.

Iam quum ex his locis liqueat, Crantorem Academicorum placita bene retinuisse [16]), facile intelligas, non minus eadem ex vita sua comperta habuisse. Ex Diogenis quidem Laertii narratione vidimus et divitem fuisse (IV, 25) et morbis admodum obnoxium (ib. 25. 27); unde optime cognoscere potuit, quod in nostro fragmento explicat, quanta commoda opes hominibus praeberent, quamque necessaria ad beatitudinem esset bona valetudo. Atque quum aegrotum neque divitiis neque ulla omnino voluptate gaudere posse intelligeret, eum tamen multo miseriorem esse cognovit, quem opes deficerent, praesertim quum aegrotaret: huc spectat fragmentum quod proxime sequitur **14**, in quo nil egestate miserius esse dicit, et ex hoc fragmento **13** loci complures, v. c. quod Plutum dicentem facit, χρειώδης εἰμὶ νοσοῦσι καὶ ὑγιαίνουσι, et quod postea legitur, οὐκ ἔνεστι κλινοπετῆ καὶ νοσοῦσαν ὑποστῆ-

16) Quin melius et constantius a Crantore doctrinam de bonorum ordine expressam esse quam ab Academicis prioribus, demonstrat Hinkelius, de variis formis doctrinae moralis Peripateticorum p. 24.

ναι εὐδαιμονίαν. Dein quum inter morbi molestias expertus esset, quam debiles essemus et rerum adversarum fluctibus obnoxii, inde quoque ad philosophiam et virtutis studium confugere doctus est, eiusque hominis conditionem beatissimam esse vidit, qui inter omnes fortunae vicissitudines fortem et virilem animum teneret: quare inter omnia bona *virtutem* primo loco habuit.

IV.

Fragmenta poetica, quae fortasse Crantori tribui possint.

---

14. Stob. floril. **96**, **13**.

Κράντωνος·

οὐκ ἔστι πενίας οὐδὲν ἀθλιώτερον
ἐν τῷ βίῳ σύμπτωμα· καὶ γὰρ ἂν φύσει
σπουδαῖος ᾖς, πένης δὲ, καταγέλως ἔσῃ.

Audacior fortasse videar, qui hos versus inter Crantoris fragmenta recenseam, quum ne nomen quidem a Stobaeo relatum (Κράντωνος) plane concordet. Permotus sum eo quod Crant o n i s nomen nusquam praeterea invenitur, Crant o r i s autem poetae versus statim titulo sequente (**97**) a Stobaeo citantur. Utrosque versus videtur Fabricius (Bibl. Gr. II. p. **428**) ab alio aliquo Crantore scriptos putare, quum Crantoris nomen inter poetas comicos retulerit. Ego putavi, hoc fragmentum nostri Crantoris reliquiis adnumerari fortasse posse, non solum quod Crantorem versus pepigisse scimus (D. L. IV, **25**), sed etiam quod sensus horum versuum cum fragmento antecedente similitudine quadam coniungi videtur.

15. Stob. floril. **97**, **6**.

Κράντορος·

τὸ γὰρ διάφορον καὶ φρονίμους πάντας ποιεῖ,
τὸ σωφρονεῖν δ' ἔνεστιν ἐν τούτῳ μόνῳ.

Sensus videtur hic esse: eos, qui excellant sive cultu, sive genere, sive opibus, plerumque etiam liberalitate animi reliquos anteire; ex paupertate homines facile serviles fieri, difficileque esse ingenuum animum habere, nisi quis nobiliori loco natus sit. Similis sententia fr. **14** exprimitur sic: *καὶ γὰρ ἂν φύσει σπουδαῖος ἦς, πένης δὲ, καταγέλως ἔσῃ.* In quibus verbis illud: „*etiamsi* probus sis, sed pauper" videtur significare, eundem et probum esse et egenum vix posse.

Addendi sunt versus nonnulli probabiliter ab Antagora Rhodio *) scripti, quos vero, ut ait Diog. Laert. (IV, 26) quidam Crantori tribueruunt. Egregie explicuit hos Jacobsius in Anthologia priore VII. p. **183**, exque eius recensione nos eos scripsimus:

Ἐν δοιῇ μοι θυμὸς, ὅ τοι γένος ἀμφιβόητον
ἤ σε θεῶν τὸν πρῶτον ἀειγενέων, Ἔρος, εἴπω,
τῶν ὅσσους Ἔρεβός τε πάλαι βασίλειά τε παῖδας
γείνατο Νὺξ πελάγεσσιν ὑπ' εὐρέος Ὠκεανοῖο·
ἤ σέ γε Κυπρίδος υἷα περίφρονος, ἠέ σε Γαίης,
ἢ Ἀνέμων· τοῖος σὺ κακὰ φρονέων ἀλάλησαι
ἀνθρώποις ἠδ' ἐσθλά· τὸ καί σεο σῶμα δίφυες.

***) De eo videas Schöllium hist. lit. Gr. II. p. 70. vers. Germ.**

INDEX LOCORUM

qui vel Plutarcho et Ciceroni communes sunt, vel a viris doctis Crantori tribuuntur.

Plutarchi Consol. ad Apoll. p. 102, b. Aeschyli versus, latine relati a Cicerone, Tusc. III, 31.

Plut. l. c. 102, e. οὔτ' οὖν ἀπαθεῖς — τὸ πρέπον. Tusc. IV, 17.

Ibid. 106, c. ὥστε καταφανὲς εἶναι — τὸ συμβέβηκός ἐστιν. Tusc. III, 25. Necessitas ferendae conditionis — tranquille tulisse. cf. c. 23.

Ibid. 106, d. τί γὰρ τὸ χαλεπόν ἐστι — τὸ τεθνάναι τοῦ ζῆν. cf. p. 110, d. νὴ Δί' ἀλλὰ — ἀναγκαίων βροτοῖς, et p. 113, d. εἴγε μὴν ὁ ἄωρος — ἢ Πρίαμος, denique p. 116, a. οὐ δεῖ οὖν δυσφορεῖν — ἀναγκαίων βροτοῖς. Cic. Tusc. I, 9. Mors igitur — putent esse mortem. I, 38. Natura vero sic se habet — sic exitum mors. I, 39. Pellantur — senectus. cf. Axioch. 9.

Ibid. 107, d. ὁ δὲ Σωκράτης — εἴη ἄν τι κακόν. Tusc. I, 49. Si supremus ille dies — consopiri sempiterno.

Ibid. 107, f. εἴγε μὴν ἀποδημίᾳ — εὔδαιμόν τι καὶ μακάριον. Tusc. I, 31. Tantum autem — futuri sumus.

Ibid. 108, e. πρῶτα δή σοι — ἀμοιβὴν δωρησαμένης. (Narratio de Cleobide Bitoneque.) Adde narrationem de Trophonio et Agamede, p. 109, a. Tusc. I, 47. Axioch. c. 10.

Ibid. 109, d. εἴγε μὴν ὁ θάνατος — ἔστι διαφθορά. Tusc. I, 5—8; I, 34. Fac — nusquam est. Axioch. c. 14.

Ibid. 111, a. καθόλου — νενόμισται. Tusc. I, 45. Nemo — munere.

5

Ibid. 111, c. τό,τε πολὺ δήπουθεν — εὐδαιμονίζεσθαι. Tusc. I, 39. Apud Hypanin — reperiemur.

Ibid. 111, e. τί δ' οἱ πενθοῦντες — ἐξαλείφειν εἰς τὸ δυνατόν. Tusc. I, 46. Concesseras enim — vulgo opinantur.

Ibid. 112, b. τὸ δ' ὅλον — μᾶλλον δάκοι. Tusc. III, 14. Haec igitur praemeditatio — laceraret repens. cf. III, 16. nihil est — ut nunquam. III, 22. sensim — maiora.

Ibid. 113, a. θῆλυ γὰρ — ἀπεστέρηται τούτου. Tusc. II, 27. Itaque barbari — humane ferunt. cf. II, 24. 26 — 29.

Ibid. 114, c. οὐδεὶς γὰρ ἀγαθὸς — τὸν ἐπικλωσθέντα τῆς ζωῆς βίον. (Crantori tribuit Bleek van Rysewyk p. 65.)

Ibid. 115, b. Narratio de Sileno. Tusc. I, 48.

Ibid. 115, f. οὐ χρὴ οὖν — πάνυ ῥᾳδίως. (Crantoris esse coniecit Rysewykius p. 68.)

Ibid. 116, b. εἰ γοῦν ἡ Νιόβη — χαλεπωτάτην. Tusc. III, 26. Et Nioba — silentium.

Ibid. 116, c. δύ' ἐστὶ — γιγνώσκειν ἑαυτόν. cf. Tusc. I, 22.

Ibid. 118, b. καλὸν δὲ καὶ μεμνῆσθαι — ἀναβολὴν δεῖ ποιεῖσθαι. Tusc. III, 30. Nam quod aiunt — gloriosi reprehendunt. cf. III, 16. Utrumque enim — intelligit. Addendus est Plut. l. c. p. 121, e. καλῶς οὖν — κατὰ τὸ προςῆκον.

Ibid. 118, c. ἀποβλέπειν δὲ καὶ — φροντίζειν. Tusc. I, 40 sqq. praesertim c. 44.

Ibid. 119 sqq. Tusc. I, 12. 30.

Vides, si haec omnia Crantoris essent, Plutarchi librum vix proprii quidquam continere, praeter nova verba, quibus Crantoris sententias expresserit. — Addimus etiam Ciceronis quaedam.

Tusc. I, 13. quis est — idque sentire. (Crantori tribuit Rysewykius p. 77.)

Tusc. I, 34. illud augit — possit. cf. Axioch. 5. ἡ τοῦ ζῆν ἀπαλλαγὴ — μεταβολή.

Tusc. I, 36. Qui enim satis viderit — Romam captam. Axioch. 4. ξυνάπτεις — περὶ ὃν ἔσται.

Tusc. I, 48. Euripidis Cresphontes laudatur. cf. Axioch. 10.

INDEX
VERSUUM EURIPIDIS ET HOMERI
a Plutarcho in Consolatione ad Apollonium citatorum.

I. Versus Euripidis.

p. 102, b.

— ἀλλ' ἐπ' ἄλλῃ φάρμακον κεῖται νόσῳ·
λυπουμένῳ μὲν μῦθος εὐμενὴς φίλων,
ἄγαν δὲ μωραίνοντι νουθετήματα.

p. 102, f.

μήδ' εὐτύχημα μηδὲν ὧδ' ἔστω μέγα,
ὅ σ' ἐξεπαίρῃ μεῖζον ἢ χρεὼν φρονεῖν,
μηδ' ἄν τι συμβῇ δυσχερὲς, δουλοῦ πάλιν·
ἀλλ' αὐτὸς αἰεὶ μίμνε, τὴν σαυτοῦ φύσιν
σώζων βεβαίως ὥστε χρυσὸς ἐν πυρί.

p. 103, a. Ex Euripidis Stheneboea:

οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ.

ibid.

τό τοι χρεὼν οὐκ ἔστι μὴ χρεὼν ποιεῖν.
(de quo versu videas Wytt. comm. VI. p. 709.)

ibid. ex Euripidis Iphig. in Aulide (v. 21 sqq.):

οὐκ ἐπὶ πᾶσί σ' ἐφύτευσ' ἀγαθοῖς
'Αγάμεμνον, 'Ατρεύς·
δεῖ δέ σε χαίρειν καὶ λυπεῖσθαι.
θνητὸς γὰρ ἔφυς· κἂν μὴ σὺ θέλῃς,
τὰ θεῶν οὕτω βουλόμεν' ἔσται.

p. 104, a. Eurip. Phoeniss. 561:

ὁ δ' ὄλβος οὐ βέβαιος ἀλλ' ἐφήμερος.

ibid. ex Eurip. Inone:

μικρότατα τὰ σφάλλοντα, καὶ μί' ἡμέρα
τὰ μὲν καθεῖλεν ὑψόθεν, τὰ δ' ἦρ' ἄνω.

ibid. itid. ex Inone:

κύκλος γὰρ αὐτὸς καρπίμοις τε γῆς φυτοῖς,
θνητῶν τε γενεᾷ· τοῖς μὲν αὔξεται βίος,
τῶν δὲ φθίνει τε κἀκθερίζεται πάλιν.

p. 106, a. (Ex Euripidis Danae. Vide Wytt. Comm. VI. p. 718):

δοκεῖς τὸν ᾅδην σῶν τι φροντίζειν γόων,
καὶ παῖδ' ἀνήσειν τὸν σὸν εἰ θέλοις στένειν;
παῦσαι· βλέπουσα δ' εἰς τὰ τῶν πέλας κακὰ
ῥᾴων γένοι' ἂν, εἰ λογίζεσθαι θέλοις,
ὅσοι τε δεσμοῖς ἐκμεμόχθηνται βροτῶν,
ὅσοι τε γηράσκουσιν ὀρφανοὶ τέκνων
τούς τ' ἐκ μεγίστης ὀλβίας τυραννίδος
τὸ μηθὲν ὄντας· ταῦτά σε σκοπεῖν χρεών.

p. 106, d.

τίς δ' ἔστι δοῦλος τοῦ θανεῖν ἄφροντις ὤν;
(vid. Wytt. Comm. VI. p. 286.)

p. 107, b. Eurip. Alcestide v. 792 sqq.:

τὰ θνητὰ πράγματ' οἶδας ἣν ἔχει φύσιν;
δοκῶ μὲν οὔ· πόθεν γάρ; ἀλλ' ἄκουέ μου.
βροτοῖς ἅπασι κατθανεῖν ὀφείλεται
κοὐκ ἔστιν αὐτῶν ὅστις ἐξεπίσταται
τὴν αὔριον μέλλουσαν εἰ βιώσεται.
τὸ τῆς τύχης γὰρ ἀφανὲς οἷ προβήσεται.

p. 110, a. ex Eurip. Cresph.:

εἰ μὲν γὰρ οἰκεῖ νερτέρας ὑπὸ χθονὸς,
ἐν τοῖσιν οὐκέτ' οὖσιν οὐδὲν ἂν σθένοι.

ibid. c. Eurip. Supplic. 1109:

μισῶ δ' ὅσοι χρῄζουσιν ἐκτείνειν βίον
βρωτοῖσι καὶ ποτοῖσι καὶ μαγεύμασι
παρεκτρέποντες ὀχετὸν ὥστε μὴ θανεῖν·
οὓς χρῆν, ἐπειδὰν μηδὲν ὠφελῶσι γῆν,
θανόντες ἔρρειν κἀκποδὼν εἶναι νέοις.

ibid. ex Eurip. Cresph.:

τεθνᾶσι παῖδες οὐκ ἐμοὶ μόνῃ βροτῶν,
οὐδ' ἀνδρὸς ἐστερήμεθ', ἀλλὰ μυρίαι
τὸν αὐτὸν ἐξήντλησαν ὡς ἐγὼ βίον.

ibid. f. ex Eurip. Hypsipyla:

ἔφυ μὲν οὐδεὶς ὅστις οὐ πονεῖ βροτῶν,
θάπτει τε τέκνα, χἄτερ' αὖ κτᾶται νέα,
αὐτός τε θνήσκει· καὶ τάδ' ἄχθονται βροτοὶ
εἰς γῆν φέροντες. τὴν δ' ἀναγκαίως ἔχει
βίον θερίζειν ὥστε κάρπιμον στάχυν
καὶ τὸν μὲν εἶναι, τὸν δὲ μή. τί ταῦτα δεῖ
στένειν, ἅπερ δεῖ κατὰ φύσιν διεκπερᾶν;
δεινὸν γὰρ οὐδὲν τῶν ἀναγκαίων βροτοῖς.

(Hos versus vertit Cicero, Tusc. III, 25.)

p. 112, d. ex Eurip. Theseo:

ἐγὼ δὲ τοῦτο παρὰ σοφοῦ τινος μαθὼν
εἰς φροντίδας νοῦν συμφοράς τ' ἐβαλλόμην,
φυγὰς δ' ἐμαυτῷ προςτιθεὶς πάτρας ἐμῆς,
θανάτους τ' ἀώρους καὶ κακῶν ἄλλας ὁδοὺς,
ἵν', εἴ τι πάσχοιμ' ὧν ἐδόξαζον φρενὶ,
μή μοι νεωρὲς προςπεσὸν μᾶλλον δάκοι.

(Hos quoque versus vertit Cicero, Tusc. III, 14.)

p. 116, a. Eurip. Phoeniss. 558 sqq.

οὔτοι τὰ χρήματ' ἴδια κέκτηνται βροτοί.

ibid.

τὰ τῶν θεῶν ἔχοντες ἐπιμελούμεθα·
ὅταν δὲ χρῄζωσ', αὔτ' ἀφαιροῦνται πάλιν.

ibid. f.

ὅστις δ' ἀνάγκῃ συγκεχώρηκεν βροτῶν,
σοφὸς παρ' ἡμῖν, καὶ τὰ θεῖ' ἐπίσταται.

ibid. ex Eurip. Melanippa:

τὰ προςπεσόντα δ' ὅστις εὖ φέρει βροτῶν,
ἄριστος εἶναι σωφρονεῖν τέ μοι δοκεῖ.

p. 120, a.

ὁ βίος γὰρ ὄνομ' ἔχει, πόνος ἐγώ σ' *).

*) Locum aperte corruptum Grotius Exc. p. 433. sanare conatur scribens: πόνος δ' ἔργῳ πέλει.

II. Versus Homeri.

INDEX.

Menda typographica,

quae lectorem benevolum ante lectionem corrigere rogamus.

p. 5 lin. 8 pro D. L. IV, 34. lege D. L. IV, 24.
lin. 24 lege ἄγου δὲ μ' ὦ ξέν', εἴτε πρ. θ.
p. 9 lin. 28 pro αὑτῷ l. ἑαυτῷ.
p. 12 lin. 20 pro IV, 25. l. IV, 24.
p. 18 lin. 16 pro ληφθείσης l. λειφθείσης.
p. 24 lin. 28 pro t. e. lege i. e.
p. 26 lin. 3 pro γενέσθαι l. γίνεσθαι.
p. 28 lin. 7 pro Tim. p. 35, 6. leg. Tim. p. 35, b.
p. 29 lin. 17 pro d: lege d,
p. 30 lin. 3 pro hoc, dico l. hoc dico.
p. 31 lin. 14 lege: CB : aB — CB = AB : AB — aB.
lin. 16 pro Ab l. aB.
p. 34 lin. 11 pro ouinione l. opinione.
p. 43 lin. ult. omissum est Il. VI, 145 — 149.
p. 45 lin. 11 pro τέχνης l. τύχης.

Versus Euthynoi primus (qui legitur p. 45) sic scribendus esse videtur:

ἦ που νηπύτιαί τε καὶ ἠλίθιαι φρένες ἀνδρῶν.


3 0112 126251054